§ Clericus sine consensu Episcopi, alterius jurisdictioni se non subiciat. cap. significasti. de for. comper. § Clericus comam non nutriat, eam nutrens inivitus tondeatur. cap. Clericis. de vit. & honest. Cler. § Clericus iudicio seculari se non subiciat quoad poenam, & percussus sic est excommunicatus. c. contingit. de sentent. excom. § Clericus Laico in temporalibus non ministret. c. Sacerdotibus. & cap. sed nec. ne Cleric. se negot. secul. immisc. § Clericus alterius diocesis ad ordines non transeat, nec recipiatur sine literis sui Episcopi vel Papæ. c. fraternitati. de Cler. non resign. § Clerici canes vel aves ad venandum non habeant. c. 2. de Cler. venat. § Clerici officia sive commercia secularia non exercent. cap. Cler. 2. de vit. & honest. Cler. § Clericus in sacris ordinibus constitutus, non debet esse tabellio in causa criminali. cap. sicut te. ne Cler. se negot. secul. immisc. nec causam vel iudicium sanguinis agitet, vel literas scribat vel dicet. cap. Cler. eod. tit. § Clericus praelaturam vel curam habens animarum, vel Sacerdos, Physicam vel leges non audiat: alias, si intra duos menses non redierit, est excommunicatus. c. super specula. ne Cler. vel Monachi.

Privilegia Clericorum.

§ Clericum tenens in vinculis solùm, est excommunicatus. cap. nuper à nobis. de sentent. excommun. § Clericum verberans privatim, & si non sit convictus, à Papa absolvendus est. cap. porro. de sentent. excom. § Clerici ad iudicium seculare non trahuntur. cap. qualiter. de jud. nec à secularibus condemnentur, sed coram iudice Ecclesiastico tractentur cause eorum. cap. nullus. de for. comper. § Clericus à Laico iudicari non debet, nisi depositus. cap. Cler. de iudic. § Clericus de calumnia jurare non debet, nisi per alium, nec religiosus irrequisito superiore, vel Clericus inconsulto Episcopo. cap. 1. de juram. calumn. nisi Clericus contra Clericum juret, tunc enim potest. cap. caterum. de juram. calumn. § Clericum percussus quis vel se expurget, vel absolvatur, alias quasi excommunicatus habetur. cap. cum desideres. de sentent. excom. § Clericus absens potest per alium de beneficio investiri. capit. accedens. de præbend. & dignitat. § Clericum verberans Papam adeat, nisi sit intra annos puberes. cap. super eo. 2. de sentent. excommun. § Clericus moriens potest conferre bona sua intuitu personæ cui vult, & etiam alia mobilia servis vel cognatis, vel piis locis. cap. sed hoc. de success. ab intest. § Clericorum percussoribus faventes, vel liberare nolentes, cum manifesto possint facinori obviare, & non faciunt, incidunt in Canonem. cap. quantæ. de sentent. excommun. § Clericus potest convenire Episcopum coram Metropolitano. cap. sollicitudinem. de appellat. § Clerici depositi non statim debent tradi iudicio seculari per Episcopum. cap. at si Clerici. de iudic. § Clerici tempore interdicti possunt sepeliri in cœmeterio, si interdictum benè servarunt. c. quod in re. de penit. & remis. § Clerici de bonis Ecclesiæ subvenire non debent iudi-

ibus secularibus sine licentia Papae, nisi in necessitate. *cap. non minus. & cap. ad verum. de immunitat. Ecclesiar.* ¶ Clericus susem in foro seculari potest convenire civiliter, sed non criminaliter. *capit. Henricus. de Cleric. pugn. in duell.* ¶ Clerici possunt poni in locis religiosis, si defuerint regulares. *capit. inter quatuor. de religiof. domib.* ¶ Laicus Clericum capere potest tantum de mandato Praelati sui, alioquin excommunicatur, dummodo etiam non excedat, nisi quantum rebellio exigit defendentium. *cap. ut fama. de sentent. excommunic.* ¶ Clericis in sacris ordinibus constitutis non debet poenitentia publica injungi. *cap. quatuor. de poenitent. & remiss.* ¶ Clericus Laico fidelitatem jurare non tenetur, nisi aliquod temporale tenebat ab eodem. *c. nimis. de iurejur.*

Clerici, quomodo privilegia sua amittant, vel alias poenitentur.

Clericus negotia secularia exercens, amittit privilegium Clericale. *cap. ex literis. de vit. & honestat. Cleric.* ¶ Clericus fur autoritate superioris ligari potest & torqueri usque ad restitutionem. *capit. gravis. de depofit.* ¶ Clericus post trinam admonitionem a suo Episcopo, arma portans habitu Clericali relicto, non gaudet privilegio Clericali. *capit. in audientia. de sentent. excommunic.* ¶ Clericus verberari potest per superiorem disciplinae causa, similiter Monachus & Conversus, vel Clericus per Clericum, vel Monachus per Monachum de mandato ejus. *cap. universitatis. de sentent. excommunicat.* ¶ Clericus habitum & tonsuram dimittens non debet defendi ab Ecclesia. *cap. praterea. de Apostol.* ¶ Clericum guerram & seditionem facientem interficiens, non est mittendus ad Papam. *cap. perpendimus. de sentent. excommunic.* ¶ Clericus propter haeresim depositus, tradatur judici seculari. *capit. ad abolendam. de heretic.* ¶ Clericus delinquens in habitu & tonsura seculari puniatur ut Laicus. *cap. contingit. 2. de sentent. excommunic.* ¶ Clericus duellum iniens, sive obtulerit, sive susceperit, deponendus est, poterit tamen cum eo dispensare Episcopus, si mors, vel mutilatio membri inde non sit secuta. *c. 1. de Cler. pugnantib. in duell.*

Coactio voluntati contraria excusat peccatum. *15. quasi. 1. capit. quod assens. §. sed hoc. & cap. merito.* ¶ Coactio an in causa religionis locum habeat? quod non. *45. distinct.* *cap. de iudicis. quod sic. 23. q. 4. c. ipsa pietas. & cap. quid facias. cum similibus.* ¶ Coactio non tenet in obligatione, ubi non sequitur assensus, similiter nec in matrimonio. *c. 1. de iis quae rē metū re casu. fiunt. & c. cum locum. de spons.*

Coacta officia Deo displicent. 23. q. 6. c. jam verò.

Coadjutor datur Clerico aegrotanti. *c. de rectoribus. de Cler. aegrotant.*

Cœmeteria ubi excommunicati sunt sepulti, reconcilientur aqua benedicta solemniter. *capit. consultisti. de consecrat. Ecclesiar.*

Cogitationis poena est ex lege divina. *49. dist. c. hinc enim. ante fin.* in cogitatione voluptas reprimenda, ne etiam in actu dominetur. *d. c. hinc enim.*

Collectis & muneribus cæcus immunis est. *c. licet mutuum. 4. de censib.*

Collegium constituere sine autoritate superioris non licet. *cap. dilecta. 14. de excessib. Pralator.* ¶ Collegium sive corpus debet habere syndicum. *capit. unico. de Syndico.*

Commissiones duæ super eodem negotio impetratæ, nisi una de altera faciat mentionem, non valent. *c. ex tenore. de rescript.*

Committens in leges, frustra leges invocat. *c. quia frustra. 14. in princ. de usuris.*

Commodum sentire debet, qui sentit onus, & contra. *cap. qui sentit. 55. & cap. rationi. 77. de regul. jur. in 6.* Ex eo non debet quis fructus consequi, quod nisi extitit impugnare. *c. ex eo. 38. de regulis juris. in 6.*

Communi potior est conditio prohibentis. *c. in re communi. 56. de regul. juris. in 6.*

Commutatio præbendarum vel dignitatum sine Episcopo non fiat. *cap. quatuor. de ver. permus.* ¶ Commutatio Ecclesiar fieri potest, licet non venditio. *cap. ad quatuor. eod. tit.* ¶ Commutatio spiritualis cum spirituali, temporalis cum temporalis fieri potest, sed non simul confusæ. *d. c. eod. tit.* ¶ Commutari non possunt temporalia pro spiritualibus. *c. exhibita. eod. tit.*

Compensationis exceptio opposita, condemnationem minuit, nisi depositi actione agatur. *c. 2. §. sanè depositori. de depofit.* vel nisi debitum quod opponitur, dubium sit, non liquidum. *d. c. 2. §. fin.*

Compassionem vera iustitia non debet habere. *43. dist. c. vera. 23. q. 4. c. est injust.*

Compromissum procuratoris debet dominus ratum habere: procurator tamen non debet compromittere sine mandato domini. *cap. per tuas. de arbit.* ¶ Compromitti potest in Laicum autoritate superioris. *ibidem.* ¶ Compromissio in Laicum de spiritualibus non valet. *capit. contingit. eod.* ¶ Compromissione facta, quando non licet resilere. *cap. in causis. de elect.* ¶ Compromissionis fines servandi sunt, aliis non valet. *cap. consuet. de appell.* ¶ Compromissio facta de electione, semper intelligitur de idoneo, & sic electus est recipiendus. *cap. causam. de elect.* ¶ Compromissum non extenditur ad heredes compromittentis, si de ipsis non caveatur. *ibidem. & c. ult. de arbit.* ¶ Compromissio tenet in beneficiis spiritualibus. *cap. nisi. de præb.*

Con-

Concentor. *distinct. 21. capit. Clerus. § concentor.*

Concessio Laici de re Ecclesiastica non valet. *cap. qui res. de reb. Eccles. non alien.* § Concessio praesumitur realis, nisi probetur fuisse personalis. *capit. cum venissent. de inst.* § Concessionis verbo generali omnia concedi videntur. *ibid. & cap. nulli. de reb. Eccles. non alien.* § Concessio Episcopi Capitulo reclamante non tenet, per Capitulum facta tenet, nisi fiat contra mandatum Papae. *c. cum nos. de iis qua fiunt à Præl. & cap. 2. & 3. de concess. prab.* § Concessionis auctoritas transit ad superiorem, quando statutum tempus negligitur. *capit. cum nostris. eodem titulo.* § Concedere non potest Episcopus, ut in eadem Ecclesia plura quis habeat beneficia. *capit. literas. rod. titul.* § Ex concessione Episcopi potest haberi beneficium simplex habens curam animarum. *cap. de multa. de prabend.* § Conceditur nobilibus & literatis plura beneficia habere, ex dispensatione tamen Papae. *ibidem.* § Concessum ex gratia, nulli debet praedictum generare. *cap. bona memoria. de postulat.* § Concessio beneficiorum non vacantium prohibetur. *capit. 2. & 3. de concess. prabend.*

De Conciliis.

de Concilii nomine & nominis ratione. *dist. 15. c. 1. § Synodus autem. usque ad finem.*

Antequam Concilia habeantur, prius de iis, quae correctione indigent, inquirendum est. *cap. sicut olim. 25. § ut autem id valet. de accusat.* § Absque Apostolicae sedis Auctoritate Synodum particularem vel Concilium universale congregare non licet. *distinct. 17. in princ. cum ec. sequentibus. usque ad c. ult. item 3. quest. 6. c. dudum. quod fallit si non ad generaliter aliquid definiendum, sed ad corrigendum & indicendum id quod est statutum, Concilia celebrentur. dist. 18. in princ.*

A quibus habenda Concilia?

Regulares quoque Canonici, Abbates atque Priores possunt ac debent habere peculiare Concilium. *c. in singulis. 7. in princ. & §. hoc ipsum. de statu Monachorum.*

Quando & quoties habenda Concilia?

Singulis annis habenda Concilia provincialia. *cap. sicut olim. 25. in princ. de ascensionibus. dist. 18. cap. quoniam quidem. in princ.* § Singulis Annis bis habenda Concilia provincialia. *dist. 18. cap. de Conciliis. in princ. cap. propter Ecclesiasticas. in princ. c. per venit. c. quoniam. in princ. cap. propter Ecclesiasticas. in princ.* § Regulares quolibet triennio Concilia celebrabunt. *c. in singulis. 8. in princ. de statu Monachorum.* § Aliquot certis Diebus continuè habendum. *d. cap. 7. §. huiusmodi vero.*

Qui ad Concilia convocandi?

De Abbatibus ad Synodum non cogendis. *distinct. 18. capit. Episcopus. item 18. quest. 2. capit. ult. versic. non enim. fallit si rationabilis causa subsit. dist. versic. non enim. & dist. c. Episcopus. item fallit si Abbates populum habeant. cap. quod super. 9. de majoritate & obedientia. denique fallit si Concilium sit Abbatum ac Religiosorum peculiare. cap. in singulis. 7. in princ. de statu Monachorum.* § Capitula cathedralium Ecclesiarum ad Concilia provincialia vocanda & admittenda. *c. nli. de his qua fiunt à Prælatis.* § Diaconos, Presbyteros, & omnes quotquot se laicos existimant, praesentes esse oportet. *d. 18. cap. propter Ecclesiasticas. §. in ipsis autem. c. anopenult. versic. ita ut ad Concil.* § Haeretici ad Synodum non convocandi. *24. q. 2. capit. cum quibus.* § Imperatores Synodis interesse non debent. *d. distinct. 96. cap. ubinam.* § Nisi universalis sit Synodus, in qua de fide agitur. *dist. cap. ubinam. versic. nisi forte. & d. dist. 96. c. nos ad fidem.* § Presbyteri religiosi populum non habentes, ad Synodum non cogendi. *c. nimis prava. 17. & ibi glossa. de excess. Pralatorem.* § Suffraganei Episcopi convocandi. *c. sicut olim. 25. in princ. de accusationibus. item dist. 18. c. propter Ecclesiasticas. §. admoneam autem.* § Universi Sacerdotes convocandi. *c. cum super. 9. de majoritate & obedientia. & d. c. 7. in princ.*

Forma Conciliorum.

Ne quis ex vocatis ad Synodum religiosorum plus quam sex evectiones & octo personas secum adducat. *capit. in singulis. 7. in princ. versic. hoc adhibito. de statu Monachorum.* Praesidentes Synodum ordinandi. *cap. 7. §. advocent autem. de statu Monachorum.* Juramentum Synodale. *17. q. 6. cap. Episcopus.* § de Meditatione & Solitudine Episcoporum congregatorum circa mandata divina. *dist. 18. quoniam. §. dum autem.* § de Inquisitis quae correctione indigent, in Concilio proponendis. *cap. sicut olim. 25. §. ut autem. versic. & ea fideliter. de accusat.* § de Inquirenda culpa praesidentium priorum cavetur. *cap. ea qua. 8. §. sequentes. versic. idem etiam. dist. 18. de statu Monachorum.* § de Corrigendis excessibus & majoribus reformandis, & querelis dijudicandis in Concilio. *d. c. 25. in princ. versic. in quibus. & d. §. ut autem. versic. ut super his. item dist. 18. c. de Conciliis. versic. in quibus. cap. propter Ecclesiasticas. in princ. & c. anopenult. in princ. item de statu Monachorum. c. in singulis. 7. §. huiusmodi vero.* § de Dissidentibus Episcopis reconciliandis. *dist. 90. c. dissidentes.* § de Muneribus à subditis accipiendis vel offerendis. *dist. 18. c. quoniam. §. fin. & c. de eulogiis.* § de Visitatoribus eligendis, & horum officio. *dist. 18. c. in singulis. 7. §. ordinentur etiam.* § de Sequentis Concilii vel Capituli loco definiendo, cavetur *dist. 18. c. 7. §. provisio.* § de Cavendo, ne Ecclesiae à Laicis laedantur, cavetur *distinct. 18. cap. 7. §. fin.* § de Vita communiter celebranda & communibus expensis cavetur *dist. 18. c. 7. §. & qui conveniunt.*

de Contumacia vocatorum non venientium, vel non habentium singulis annis synodum coeercenda. *distinct. 18. cap. non oportet. cap. pervenit. cap. quoniam. §. hinc ergo. cap. Episcopus. cap. placuit. cap. si quis autem. cap. si Episcopus. cap. si quis Episcoporum.* ¶ de Die Palchatis annunciando cavetur de consecrat. *distinct. 3. cap. placuit ut postquam.* ¶ de Statutis publicandis. *distinct. 18. cap. ult. item de statutis Concilii observandis. cap. in singulis. 7. §. Et quod statutum. §. si vero. versic. ceteris irrefragabiliter. de statu Monachor. item cap. sicut olim. 25. §. ut autem. versic. Et qua statuerint. de accusationibus. & de Poena transgressorum. *dist. cap. 25. §. fin.* ¶ denique de iis, quae in Synodo expediri non possunt, ad Pontificem referendis. *d. c. 7. §. si vero. item dist. 18. c. de Conciliis. in fine.**

Concionatores à solo Episcopo ordinandi. *cap. 1. de capellis Monachor. & qualis debeat esse concionator, definitur. 8. q. 1. c. oportet.*

Qui concionari possit, vel non.

De Laicis ad Concionandum non admittendis. *d. distinct. 23. cap. mulier. §. Laicis. item de haereticis. cap. cum ex injuncto. 12. Et cap. sicut. 14.* ¶ de muliere ad concionandum non admittenda. *distinct. 23. c. mulier. item de consecrat. distinct. 4. cap. mulier. item cap. nova quadam. 10. de panis.* ¶ de Monachis ad concionandum non admittendis. *cap. 1. de capellis Monachor. item 16. quest. 1. cap. de Monachis. §. fin. cap. Monachus non. cap. adjuvamus. cap. hinc est. §. item illud. item cap. unico. §. personis quoque. de religiosis domibus. in 6. quod fallit si Monachus in Clericum fuerit ordinatus. 16. quest. 1. cap. sunt nonnulli. §. fin. cum duobus cc. sequentibus, usque ad §. non est humilitatis. item fallit si Monachus sit Canonicus regularis. *cap. quod Dei timorem. 5. de statu Monachorum. tertio fallit si divina gratia intus commoniti Monachi concionentur. 16. quest. 1. cap. placet rationabilis. §. ostendit ergo. denique fallit si Monachi consulantur ab aliis habitum Monachalem suscepturis. dist. quest. 1. cap. iuxta Chalcedonensis. versic. Et à populo. ¶ non ordinati ad concionandum non admittendi. cap. excommunicamus. 13. §. quia vero. de haereticis.**

Forma Concionandi.

¶ de Admonendo in concionibus populo, ut decimas & alia Ecclesiae fideliter solvant. *cap. 1. de decimis. in 6. Clemen. cuspienter. 3. §. illos etiam. usque ad finem. de panis. item de admonendo in concionibus populo, ut operas sibi invicem exhibeant. 11. quest. 1. cap. te quidem. §. fin. cum cap. sequente sicut.* ¶ Omnes ad audiendam concionem admittendi. *de cons. dist. 1. cap. Episcopus nullum.* ¶ ut diligenter Concionibus auscultetur. *1. quest. 1. cap. interrogo.* ¶ ut stantes Evangelium audiant. *de consecr. distinct. 1. cap. Apostolica.* ¶ Ne ante finitam Concionem peractam exeant. *d. dist. 1. c. omnes fideles. cum duobus cc. sequentibus.*

Concubina *distinct. 34. cap. omnibus. §. concubina.* ¶ Concubina Clerici excommunicata, excommunicatione

majori involvitur Clericus accedens ad eam. *cap. si concubina. de sentens. excommunic.* ¶ Concubina Clerici secundum Canones puniatur. *cap. si quisquam. de cohabit. Cler. & mulier.* ¶ Concubinam retinens post admonitionem Clericus excommunicetur vel suspendatur. *ibidem.* ¶ Concubinam resumens Clericus perpetuo suspendatur. *cap. Clericos. eod. tit.* ¶ Litera à Clerico concubinario super absolutione (tacita facti serie) obtenta, non valent. *cap. super. eod. tit.* ¶ Concubinatus primo puniatur per beneficii suspensionem: deinde perpetuam subtractionem. *cap. sicut. eod. tit.* ¶ Concubinario missa audiatur, & ab eo Ecclesiastica Sacramenta percipiantur, quando ab Ecclesia toleratur, nisi valde notorium sit talem eum esse. *c. vestra. eod. tit.* ¶ Concubinam habenti Clerico purgatio indicitur. *c. tua nos. eod. tit.*

Concussionis crimen. *quest. 1. cap. concussionis.*

Condemnari non debet quis propter creditatem aliquorum. *c. qualiter & quando. 2. de accusat.*

Condictio ex lege Adfne remedium interdicti unde vi est, si post appellationem quid sit innovatum. *cap. bona memoria. 31. de appellat.*

Conditio contra substantiam matrimonii dissolvit illud. *cap. si conditiones. de cond. apposit. in despons.* alia conditio inhonesta matrimonium non dissolvit, dummodo non sit contra substantiam matrimonii. *ibidem.* habentur enim in favorem matrimonii pro non adjectis. *ibidem.* ¶ Conditionis error impedit matrimonium & dirimit. *cap. proposuit. de conjug. servor.* ¶ Conditio ex alieno consensu dependens, non ligat, nisi consentiat. *cap. super eo. de condition. apposit. in despons.* ¶ Conditio haec, Centum si mihi dabis, te in uxorem ducat, in matrimonii pro honesta habetur & valet, nec tenetur eam in uxorem recipere centum non datis. *cap. 3. de condit. apposit. in despons.* ¶ Ab omni conditione apposita in matrimonio receditur per copulam carnalem. *cap. per tuas. eod. tit.* ¶ Conditio haec in literis Papae intelligitur, si preces veritate nitantur. *cap. ex parte. 1. de rescrip.* ¶ Sub conditione alterius consensus, traditio rei non valet, nisi consentiat. *cap. olim. 1. de rescrip. spol.* ¶ Conditio locum bene habet in spiritualibus. *capit. significatum. de prebend. & dignit.* ¶ Sub conditione data possessio data revocatur ea cessante. *c. verum. de condit. apposit.* ¶ Sub conditione manumissus ut fiat Monachus, Monachus fieri debet. *c. 2. eod. tit.*

Conductor damnus in fructibus si percipit vel percipendis passus sit, remittenda est ei pensio. *cap. propter. 3. in princ. de locato & conducto.* Nisi anni precedentis vel sequentis fructus fuerint uberiores. *dist. cap. 3. in princ. versic. nisi cum ubertate. vel nisi culpa conductoris damnus contigerit. dist. cap. in princ. versic. sine culpa.*

Si quis hospitium ab alio *Conductum* ante tempus

pus istius conductionis finitum sine consensu prioris conduxerit, punitur. c. 1. de locato & conducto.

Confessus in iure ut convictus condemnatur. cap. cum super. de confess. § Confessio etiam coram non suo iudice tenet. c. & si clericus. de iudic. § Confessio semper est facienda in anno. c. omnis. de penitent. & remiss. § Confessio invita & coacta non praedicitur. c. causam. de offic. delegat. § Confessio criminis extra ius facta praedicitur. cap. ult. de confess. § Confessio de seipso in praedictum aliorum, credi non debet. eod. tit. c. 1. § Confessio à non poenitentibus recipienda est, & poenitentia injungenda. c. quod quidam. de penitent. & remiss. § Confessionem potest quis alteri Sacerdoti facere, licentia non obtenta, tamen poenitentia. cap. omnis. de penit. & remiss. § Confessor sciens, excommunicatum aliquem in confessione solus tenetur eum vitare, & non in publico. c. cum non ab homine. de sentent. excommuni. § Confessio procuratoris per errorem, negotio nondum finito, non obest domino si revocet, nec fit per hoc liti contestatio. c. cum causam. de appellat. § Confessus crimen, super eodem alium accusans non auditur. c. veniens. de testib. § Confessio, qualis esse debeat, & qualiter se habere, & cui sit constituendum, & poena revelantis confessionem. c. fin. & c. omnis. de penit. & remiss.

Confirmatio contra ius obtenta non valet. c. examinata. de confirmat. util. vel inutil. § Ante confirmationem electi non debent beneficia sua conferre alicui. c. cum in electis. de electis. § Ante confirmationem possunt administrare in concordia electi, Papae subiecti immediate, si sint valde remoti ultra Italiam, dum tamen de rebus Ecclesiae nil alienent. c. nihil est. de electis. § Confirmatio Praetorum inferiorum pertinet ad Episcopum. c. confirmatus. de appellat. § Confirmatio Papae personalem transactionem facit realem. c. cum apostolica. de iis quae sunt à Praelat. § Confirmatio impetrata lite pendente non valet, nec tenet sententia contra ius lata, etiam per superiorem confirmata. c. bona. & c. examinata. de confirmat. util. vel inutil. § Confirmatio Papae ex certa scientia tenet, etiam alia non valeret. c. venerabilis. eodem tit. § Confirmare non intendit Papa factum Legati contra Episcopum. c. sua nobis. eod. tit. § Confirmari potest factum dubium inferioris, per superiorem dioecesanum. cap. cum monasterium. de electis. § Confirmari potest sententia lata iuris ordine praetermissa. cap. ad petitionem. de accus. § Confirmationem potest quis petere per interpositam personam. c. nihil est. de electis. § Confirmatio per subreptionem obtenta non valet. cap. de confirmationibus. de confirmat. util. vel inutil. § Confirmatio sententiae à qua appellatur, quando valet & quando non. cap. bona memoria. eodem tit. § Confirmatus in Archiepiscopum non potest transferri in Episcopum. cap. 1. de translata. § Confirmari possunt pueri tempore interdicti ab Episcopo. cap. responsio. de sentent. excommuni.

Confiscatio non tollit ius uxori: ideoque bonis damnati publicatis, uxor dotem salvam habet. c. decrevit. 14. de hereticis. in 6.

Congregatio dicitur, ubi duo vel tres fuerint insimul. cap. 1. de electis.

Conjugatorum neuter sine altero religionem ingredi potest. c. cum sis. de convers. conjug. § Conjugatorum alter, altero invito, ante carnalem copulam potest ordinem intrare. cap. verum. eod. tit. § Conjugum religionem intrantium separatio ad Episcopum pertinet: alias revocatur, si alter suspectus habeatur, nisi alter intret ordinem, vel voveat continentiam, & non sit suspectus. cap. 1. eod. tit. § Conjugum alter separatus propter fornicationem, potest ordinem intrare. c. gaudemus. eod. tit. § Conjugatorum alter, si ab altero fraudulenter obtineat licentiam intrandi ordinem, non valet, nisi alter ipsum sequatur ad religionem. c. accedens. eod. tit. § Conjugatus tenetur alterum expectare, donec certus sit de morte ejus. c. in praesentia. de sponsal. § Conjugatorum altero relinquire secusum, potest is qui remansit contrahere, si non fuerit carnalis copula secuta. c. verum. de convers. conjug. § Conjugatorum alter ordinem intrans invito altero, perdit ius petendi debitum, & post mortem alterius, si exierit, non compellitur redire, sed continere. c. quidam. & c. placet. eodem tit. § Conjugatorum altero intrante religionem, qui remanet tenetur vel intrare, si est suspectus, vel si non est suspectus, tenetur continentiam vovere. c. cum sis. eod. tit. § Conjugatus propter infidelitatem separatus, iudicio Ecclesiae peracta poenitentia, si ordinem intrare noluerit, compellitur fidei cohabitare relicto. c. ult. eod. tit.

Conjuratores & conspiratores. cap. constitutionem. 2. § ceterum. de verb. signif. in 6.

Compaternitas non contrahitur per ea quae praecedunt baptismum. c. contracto. de cogn. spiritual. § Compater viri non potest uxori suae copulari postea, post ejus mortem. cap. Martinus. eod. tit. § Ante compaternitatem natus non contrahat cum filia, mediante qua facta est compaternitas: & si contraxerit, dirimatur. c. tua nos. eodem tit. § Filii duorum compatrum, per quorum neutrum devotum est ad compaternitatem, licite contrahunt, nisi resistat consuetudo. c. 1. & c. super eo. eod. tit.

Conpurgatores, qui ad purgandam alicujus infamiam inducuntur, id solum juramento tenentur firmare, quod credunt veritatem eum dicere qui purgatur. cap. de testibus. 13. de purgat. canonic.

Confanguineam uxoris cognoscens nunquam debitum petat ab uxore sua. c. 1. de eo qui cognov.

consang. uxor. su. ¶ Confanguineo infideli non potest Clericus legare. capit. sancto. de success. ab intest. ¶ A confanguineis uxoris abstinendum est ut à propriis. capit. ex liberis. de consanguin. & affin. ¶ Confanguinei testes esse possunt in causa matrimoniali. capit. videtur. qui matrimon. accus. possunt. ¶ Confanguineus testis præferitur in causa matrimonii. capit. quoties. de testibus. ¶ Confanguineus confanguinei sponsam ducere non potest. capit. sponsam. de spons. ¶ Confanguineam sponsæ præcognoscens, sponsam postea ducere prohibetur. c. serio loco. 13. de præsumpt.

Consecratio Ecclesiæ & Chrismatis & Episcoporum non debet fieri, nisi cum Missæ celebratione. capit. quod sicut. de elect. ¶ In consecratione Ecclesiarum prius est dos assignanda. capit. cum sicut. de consecrat. Eccles. ¶ Reconsecrari debet altare, si motum sit, vel lapis fractus, nec propter hoc Ecclesia reconsecratur. capit. ad hæc. eodem tit. ¶ Consecrantur bene Ecclesiæ diebus festis & ferialibus. capit. tua. de consecrat. Eccles. vel alt. ¶ Consecrari non est necesse Ecclesiam sanguine pollutam propter homicidium, sed & alio modo potest reconciliari, per aquam nempe, vinum & cinerem benedictum. capit. proposuisti. 4. eodem tit. ¶ Consecrari etiam possunt multa altaria & multi Episcopi. capit. cum sit. eod. tit. ¶ Consecrari debet Ecclesia polluta sanguine vel semine humano, etiamsi prius non fuerit consecrata. capit. si Ecclesia. final. eodem tit. ¶ Reconsecrari non debet altare, in extremis tantum fractum. capit. lignis. eod. tit. ¶ Consecrari debet Episcopus ad minus à tribus cæteris Episcopis, consentiente Archiepiscopo. capit. Episcopus. distinct. 23. ¶ Pro consecratione Ecclesiæ procuratio peti potest. capit. cum sit Romana. de simon. ¶ Consecrationem electi potest committere Archiepiscopus Suffraganeis. capit. quous sedem Apostolicam. de offic. jud. ordin. ¶ Consecratum non debet ad humanos usus applicari. capit. ad hæc. de religios. domib. ¶ De consecratione Regum habes de sacr. unct. capit. unie. ¶ De forma consecrandi Episcopos legitur in capit. Episcopi. distinct. 23. capit. 1. distinct. 75. ¶ De consecrationis modo aliorum Clericorum habetur in capit. Presbyter. & cap. sequent. usque ad capitulum Psalmisti. distinct. 23. ¶ Forma consecrandi Ecclesias traditur, in auct. de Monachis. §. illud. & c. placuit. 1. q. 1. & cap. 1. dist. 1. de consecr. ¶ Forma consecrandi altaria aliasque res sacras explicatur, in dist. cap. unie. §. ungitur. de sacr. unct. capit. altaris. & cap. placuit. dist. 1. de consecr.

Consensus partium potest relaxare auctoritatem juris. capit. nonnulli. de rescript. ¶ Propter consensus defectum confirmari nequit matrimonium impuberum, ante ætatem legitimam contractum. capit. à nobis. de spons. impub. ¶ Consensus non videtur esse, si metus intervenit. capit. cum locum. de sponsal. & matrim.

Consentire omnes debent in eo quod omnes tangit. capit. quod o-

mmes. 29. de reg. jur. in 6. c. ad hæc. 7. §. fin. de officio Archidiaconi. item qui tacet consentire videtur. capit. qui tacet. 43. de regul. jur. in 6. licet qui tacet, non utique fatetur, sed nec utique negare videtur. c. is qui tacet. 44. d. tit.

Conservatores de manifestis injuriis tueri possunt, quæ indignem juris non requirunt. c. 1. de offic. deleg. in lib. 6.

Consilio (dummodò fraudulentum non fuerit) nullus obligatur. c. nullus. 62. de reg. jur. in 6.

Constitutionis definitio habetur dist. 2. c. constitutio. ¶ Constitutionum divisio in civiles & Ecclesiasticas habetur distinct. 3. in princ. Sed & dividuntur constitutiones in generales & personales. ¶ Constitutio nullum ligat, antequam ad eum perveniat. c. cognoscens. de constitut. ¶ Constitutiones contra libertatem Ecclesiæ revocentur. c. noverit. de sentent. excommunic. ¶ Constitutio non debet fieri in præjudicium futurorum. capit. cum omnes. de constitut. ¶ Constitutiones antiquæ non mutantur, nisi de consensu Episcopi. c. cum consuetudinis. de consit. ¶ Constitutionem publicam non oportet auribus singulorum intimari. c. 1. de postulat. Pralat. ¶ Constitutio sedis Apostolicæ omnes adstringit. capit. fin. de constitut. ¶ Constitutio ad præcetera non extenditur, nisi nominatim de eis caveatur. d. c. ¶ Constitutio contra libertatem Ecclesiæ non tenet. c. ult. de reb. Eccles. non alien. ¶ Constitutio de usuris fertur ad præcetera. capit. cum in. de usur. ¶ Constitutiones Ecclesiæ pro tempore variari possunt. c. non debet. de consang. & affin. ¶ Constitutio nihil debet ambiguum & obscurum continere. c. ult. de consit. ¶ Constitutus patitur legem quam ipse tulerit. c. cum omnes. eod. tit. ¶ Constitutio confirmata per superiorem, non potest revocari per constituentes. c. cum accessissent. eod. tit. ¶ Constitutio facta à Laico etiam pro libertate Ecclesiæ non tenet, nisi per Papam approbetur. capit. Ecclesia. eod. tit. ¶ Constitutio de certo numero Canonicorum non valet, nisi per Papam confirmata fuerit. c. ex parte Episcopali. eod. tit.

Constitutiones vim legis habent. dist. 8. c. quæ contra verbe generale quippe.

Constitutionum personalium definitio, item privilegiorum habetur distinct. 3. cap. regula. §. fin. cum c. leg. item 25. quasi. 1. c. ult. §. cum ergo aliqua. vers. privilegia namque.

Consuetudo cujus non extat memoria, pro lege est habenda. capit. series. de testib. & augustin. ¶ Consuetudines sustinens contra libertatem Ecclesiæ, excommunicatus est. capit. noverit. de sentent. excommunic. ¶ Ex consuetudine hætenus præstitum peti potest. capit. ad hæc. de excess. Pralat. ¶ Consuetudo juri contraria non valet. capit. ad audientiam. & cap. quando. de consuet. ¶ Consuetudo juri scripto non præjudicat. c. Clerici. de judic. ¶ Consuetudo quod Laicus testificetur contra Clericum in causa criminali,

criminali, praesertim si ejus fuerit inimicus, non valet. *capit. meminimus. 13. de accus.* ¶ **Consuetudo** quae absque peccato servari non potest, non valet. *caus. de presc.* ¶ **Consuetudo** in testamentis religiosis, factis sine scriptis & testibus, valet, dummodo forma tradendi secundum consuetudinem terrae servetur. *capit. ex literis. de consuetud.* ¶ **Consuetudo** de sepultura puerorum tenenda est, secundum morem terrae. *capit. de uxore. de sepult.* ¶ **Consuetudo** de canonica portione valet, secundum morem & consuetudinem terrae. *cap. certificari. eod. tit.* ¶ **Consuetudo** de contrahendo matrimonio cum ante vel post compaternitatem generis valet. *cap. super eo. de cognat. spirit.* ¶ **Consuetudo** in testamentis, ut testes duo vel tres sufficiant, non obstantibus legibus, valet. *c. cum esset. de testam.* ¶ **Consuetudo** praedicitur juri communi, in suo loco tantum ubi viget. *c. cum dilectus. de consuetud.* ¶ **Consuetudo** damnosa Ecclesiae abolenda est. *c. cum consuetudinis. de consuetud.* ¶ **Consuetudo** dat jurisdictionem. *c. cum coningat. de fir. comper.* ¶ **Consuetudo** de pluribus praebendis habendis in una Ecclesia non valet. *cap. literas. de concess. praebend.* ¶ **Consuetudo** non excusat in delictis. *cap. quanto. de consuetud.* ¶ **Consuetudo** terrae in judiciis servanda est, si bona sit. *c. ad apostolica. de decim.* ¶ **Secundum consuetudinem** loci decedens, debet relinquere Ecclesiae matri partem bonorum suorum. *cap. certificari. de sepult.* ¶ **Consuetudo** est optima interpret legum. *c. cum dilectus. de consuetud.* ¶ **Consuetudo** observetur in electionibus & beneficiis conferendis. *c. cum Ecclesia. de elect. & c. cum Eccles. de caus. propriet.* ¶ **Consuetudines** antiquae sunt magnae auctoritatis. *capit. cum consuetudinis. de consuetud.*

Contemptus absentis cassat electionem. *c. quod sicut ex literis. & cap. bona memoria. 1. de elect.*

Contestatio litis perpetuat jurisdictionem. *c. relatum. de offic. deleg.* ¶ **Contestatio** & sententia diffinitiva debent fieri coram principali. *c. super quaestione. eod. tit.* ¶ **Contestatio** litis, ubi omittitur processus, non valet. *c. dudum. 2. de elect.* ¶ **Contestatio** litis quomodo fit. *ibidem.*

Contractus ex conventionione legem accipere dignoscuntur. *cap. contractus. 87. de reg. jur. in 5.*

Contrahere non possum cum sorore mea adoptiva, durante adoptione. *c. si qua. de cognat. legal.* ¶ **Contrahere** non potest filius carnalis cum filia spirituali, & converso. *c. ex literis. de cognat. spirit.* ¶ **In contrahentibus** consideranda est scientia & aetas. *c. ex literis. de sponsal.* ¶ **Contrahentes** clandestine non possunt compelli cohabitare. *c. quod nobis. de clandestin. dispens.* ¶ **Contrahens** uxoratus cum ignorante, prima uxore defuncta non potest petere divorcium, nisi illa velit. *c. 1. & c. veniens. de eo qui dux. in mar.*

Contraria Allegans, non est audiendus. *c. cum olim. 19. §. fin. de consuetud.* item coherere & conjungi non possunt, quibus studia & vota sunt diversa. *16. quaest. 7. c. in nona. §. unde oportet.* ¶ **Distingue tempora**, & concordabit scriptura. *2. quest. 1. cap. si pescaverit. §. distingue.* ¶ **Contraria** proponens, vel sibi contrarius, suspectus est, & non est audiendus. *cap. sollicitudinem. de appellat.*

Contumax non est, qui infirmitate impeditur. *cap. querelam. de procur.* ¶ **Contumax** potest excusari per nuncios. *ibid.* ¶ **Contumax** est, qui comparet, sed respondere non vult. *cap. 1. de judic.* ¶ **Contumax** condemnatur in expensis, a tempore quo cepit esse contumax, adversario expectante. *c. cum dilecti. de dol. & contum.* ¶ **Contra contumacem** post litem contestationem sententia diffinitiva dari debet, si liquet de jure, si non adjudicetur praesenti possessio. *c. prout. de dolo & contum.* ¶ **Contumaciter** recedens a judicio compellitur stare juri & temporis, & Ecclesiastica poena puniendus est. *ibidem.*

Convalescere ex postfacto non potest, quod ab initio non valet. *c. auditis. de elect.*

Convenire vel conveniri non debet collegium sine consensu Praelati. *6. causam. 2. de judic.* ¶ **Conventus** per literas duplices ad iudices diversos, primis non revocatis, tenetur respondere secundis. *c. extenore. de rescript.* ¶ **Sex conventionis** vitia ponuntur. *cap. final. eod. tit.* ¶ **Conveniri** potest possessio rei pro domino. *c. quoniam frequenter. §. fin. ut lit. non contest.* ¶ **Conveniri** simul quis non potest coram diversis iudicibus, super diversis actionibus personalibus. *c. quia nonnulli. de rescript.*

Conventicula prohibentur: de consecr. *dist. 3. cap. ne quis jejunet. vers. & ad alienas.*

Conventu irrequisito non debet Abbas vel Abbatisa beneficium conferre, nisi propter privatam consuetudinem. *c. continebatur. de iis qua sunt a Praelat.*

Conversione hominis. *32. quest. 2. de ancillam. §. fin. de par. dist. 1. c. convertimini. in princ. de par. dist. 7. c. 1. c. ult. §. quod quisvis.*

Converso Judaeo ad fidem est parvulus puer assignandus. *cap. 2. de convers. infidel.* ¶ **Conversum** verberans est excommunicatus, & a Papa absolvendus. *c. non dubium. de sentent. excom.*

Coepiscoporum differentia. *dist. 68. cap. quamvis. usus Coepiscoporum prohibetur. dist. distinct. 68. c. Coepiscopi.*

Creatione hominis: quare non simul, sed alter ex altero sit creatus, disseritur. *33. quest. 5. c. ult. in princ.* Quid sit quod ad similitudinem Dei dicitur homo creatus. *de potent. dist. 1. c. similem.*

Si Creditor ad extorquendum debitum vim adhibuit debitori, jus crediti amittit. 16. *quæst. 6. in princ. cum duob. seq. ce. & c. ult. §. fin.* Nisi non creditor, sed alius ipsius nomine, non tamen ipsius mandato vim intulit debitori. *d. quæst. 6. c. placuit. §. fin. cum c. sequente. si Episcopum. & cap. ult. §. si ergo.* Creditor ultra sortem non potest petere. *c. ad nostram. 1. de jurejur.* Sed potest impensas circa pignora factas deducere. *ibid.*

Crimen occultum non impedit promovendum. *c. ex amore. de temp. ord.*
 § Crimen est ibi puniendum, ubi commissum. *de rapt. c. 1.* § Crimen tribus modis potest exponi, denuntiando, excipiendo, accusando. *c. super his. de accus.* § Crimen pro quo excommunicatur Laicus, deponit Clericum. *c. monasteria. de vii. & honest. Cleric.* § Crimen per testes, non per actorem probatur. *cap. licet. de simon.* § Pro crimine nemo puniendus est, contra quem non laborat infamia. *c. inquisitionis. de accusat.* § In crimine participans eadem sententiâ involvitur. *capit. si concubina. de sentent. excommun.* § De crimine semel accusatus, reaccusari non debet, nisi iterum crimen replicet. *c. de his criminibus. de accusat.* § Crimen publicum ordine judiciario probandum est. *c. dilectus. de simon.* § Crimina audita non dissimulanda, sed inquirenda sunt. *c. crimina. de collat. deleg. & c. licet. de simon.* § Crimina paria pari compensatione tolluntur. *c. tua fraternitas. de adule.* § Criminosus testificari non potest. *cap. cum oporteat. de accusat.* § Criminoso, in crimine læsæ majestatis. *cap. 1. de confess.* § Criminosus poenitentia peractâ, repellitur à testificando in causa criminali, non in civili. *cap. non debet. & c. testimonium. de testib.* § In criminali causa potest aliquando responderi per procuratorem. *cap. cum dilecti. de dol. & contum.* § In causa criminali non debet procurator admitti. *cap. veniens. 15. de accusat.* § Crimina quædam sunt, in quibus culpa est relaxare vindictam. *c. 1. de postulat. Pralat.* § In causa criminali pater non recipitur pro filio, nec econtra. *c. 3. qui matrem. accus. poss.* § Pro crimine occulto nemo debet publice puniri. *c. inquisitionis. de accus.*

Cuculla, *Clement. 1. §. statuimus. versic. fin. de statu Monachor.*

Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti. *c. non est. 19. de reg. jur. in 6.*

D

Damnum quod quis suâ culpâ sentit, sibi, non aliis debet imputare. *c. damnum. 86. de reg. jur. in 6.* § Damni appellatione non continentur expensæ. *cap. in nostris. 8. de injuriis.* § Damnum dedisse videtur, qui occasionem damni dedit. *c. fin. de jurejur. & damn.* § Damno facto per antecessorem non obligatur successor, si est in damnum Ecclesiæ. *cap. 2. de procur.* § In damnum Ecclesiæ aliena-

ta sunt revocanda. *cap. ad audiendam. de reb. Eccles. non alien.* § Damnum faciens non excusatur ignorantia, si scire debuit, quin teneatur satisfacere. *c. fin. de injur.*

Debitor plus obligatur, si alteri quam creditori solvit. *cap. eam te. de jurejur.* § Pro debitis solvendis potest Episcopus beneficium retinere. *c. pervenit. de fidejuss.* § Pro debitis alienis Ecclesia non gravetur. *capit. fraternitatem. de donat.* § Debita patris solvat filius, & Prælati prædecessorum suorum. *cap. 1. de solut.* § Debitor excommunicatus debet absolvi, si non potest solvere, præstitâ cautione, quod solvat cum potest. *cap. Odoardus. eodem tit.* § Debiti injusti solutio per debitorem probari debet. *cap. is quæ. eod. tit.* § Debito pro majori parte soluto, non debet pena exigi, si aliud non potest solvi. *c. suam. de panit.* § Debitor tenetur liberare fidejussorem ab omni obligatione. *cap. constituit. de fidejuss.* § Indebite exactum, licet ex consuetudine, non est solvendum. *c. sanæ. de excess. Pralat.* § Ad debita solvenda quatuor menses conceduntur. *cap. quareni. de offic. deleg.* § si Debitor pro suo debito rem alienam obligavit, ad eam redimendam ipse ejusque hæres tenetur. *c. ex presentium. 3. de pignoribus.*

Deceptis & non decipientibus, jura subveniunt. *c. cum universonum. de ver. permitt.*

Decessus alicujus non impedit, quin de statu ejus cognosci possit. *cap. si quis Episcopus. de hæretic.*

Decimæ quo jure introductæ sunt, caveatur. *de consecrat. distinct. 5. c. quadragesima. §. fin. 16. quæst. 1. c. decimas. in princ. quæst. 3. c. jubemus. §. decima. quæst. 7. c. 1. §. oportet autem. c. decimas. item De definitione seu potius disceptatione decimarum, habetur *c. sua nobis. 26. §. verum si ad. versic. que tributa. de decimis. 16. quæst. 4. c. decima. in princ.* & De quatuor generibus decimarum juris veteris caveatur *c. 1. in princ. d. tit.* § Decimæ dandæ sunt de lana, scæno, molendinis, piscariis, deductis expensis. *cap. pervenit. & cap. pastoralis. de decimis.* § Decimæ statim solventur collectis fructibus, ante solutionem mercedis mercenariorum. *cap. cum homines. eod. tit.* § A decimarum solutione nemo absolvi potest per principem. *cap. sua. eodem tit.* § Decimæ dandæ sunt de rebus omnibus licite acquisitis. *cap. ex transmissa. eod. tit.* § Ad decimas dandas omnes tenentur. *cap. à nobis. eodem tit.* § Decimas detinens Laicus careat sepulturâ Ecclesiasticâ. *cap. prohibemus. eod. tit.* § Decimæ dentur parochiæ illi, in cujus parochia sita sunt prædia. *cap. fin. de paroch. & alien. paroc.* § Decimæ jure hæreditatis teneri non possunt. *cap. ad hæc. de decim.* § Decimæ debentur divinâ constitutione. *cap. sua. & cap. parochianos. eod. tit.* § Decimæ non debent retineri propter malitiam Clericorum. *cap. sua nobis. eod. tit.* § Decimæ dandæ sunt de diversis etiam seminibus, unius etiam agri. *capit. ex parte. eodem tit.* § Decimæ dandæ*

danda sunt de omnibus bonis, de apibus & omni fructu terræ. *c. non est. eod. tit.* ¶ Decimæ pertinent ad Ecclesiam parochialem de jure communi. *c. cum contingat. eod. tit.* ¶ Decimas non tenentur dare Cistercienses, hospitalarii, templarii, de terris quas propriis manibus & sumptibus colunt. *c. ex parte. eodem titulo.* de terris tamen quas tradunt, aliis excolendas, tenentur ad decimas. *c. nuper. & c. licet. eod. titulo.* ¶ Decimæ tribuuntur in signum universalis domini: item sunt tributa egentium animarum. *c. tua nobis. eod. tit.* ¶ Ad decimas persolvendas compellendi sunt Laici per censuram Ecclesiasticam, si nolint persolvere. *ibid.* ¶ In decimis solvendis consuetudo approbata servatur. *c. cum sint. eod. tit.* ¶ Decimanum solutio præcedit exactione tributorum & censuum. *cap. cum non sit in homine. eod. titulo.* ¶ Decimæ locari possunt quibuscunque. *c. vestra. de locat. & conduct.* ¶ In decimis locum habere potest compositio. *c. suggestum est. §. de decimis.* ¶ Decimæ solvendæ sunt, de terris quæ olim pascuosa, nunc fructuosa sunt, & de fundo ubi steterunt olim domus. *ibid.* ¶ Decimas non tenetur solvere mercator, nisi deductis expensis suis. *c. pastoralis. eodem titulo.* ¶ Decimas tenentur Clerici de patrimonio solvere. *cap. novum. eod. titulo.* ¶ In decimis non deducuntur expensæ pro fructibus percipiendis, vel rebus reservandis factæ. *c. cum homines. eod. tit.* ¶ Decimas tenentur Judæi solvere de terris quas tenent colendas. *c. de terris. eod. tit.* ¶ Decimas non recipiat Ecclesia in alieno Episcopatu. *c. cum sint. eodem titulo.* ¶ Decimæ non recipiantur de manu Laici sine consensu Episcopi. *c. cum & plantare. de privilegiis. & cap. dudum. de decimis.* ¶ Decimas alterius Ecclesie à Laico detentas alius in pignus non recipiat. *c. interdicimus. eodem titulo.* ¶ Decimas de hortis suis fratres prædicatores & minores solvere non tenentur. *c. nimis insignia. de excessu. prelat.* ¶ Decimæ datæ in feudum revocantur. *c. cum Apostolica sedes. de iis quæ sunt à prelat.* ¶ Decimas Laico concedens deponatur. *capit. quarvis. de decimis.* ¶ Decimarum transactio fieri debet de consensu Episcopi vel Papæ: aliàs non valet. *cap. statumimus. & cap. veniens. de transact.*

de Decretis quatuor Conciliorum. *dist. 15. c. 1. c. sicut. c. sancta. item dist. 16. c. sancta. can. 6. c. septuaginta. c. viginti.* item aliorum præter ista quatuor Conciliorum decretis. *dist. 15. c. sicut. §. quintum verò. cap. sancta. §. sed est quæ. item dist. 16. c. sancta. c. sexta. c. prima. c. ult.* ¶ de sexta Synodo. *dist. 16. c. sextam. c. habeo. c. quoniam.*

de Delitiis. *dist. 41. cap. delitæ.*

De Delegati potestate & officio.

Delegatus potest exequi jurisdictionem suam per annum integrum. *c. querenti. de offic. & potest. jud. delegat.* ¶ Delegatus major est ordinario in causa sibi commissa.

c. sanè. eodem titulo. ¶ Delegatus vices suas committere potest suo conjudici, citi simpliciter sit pluribus commissa causa. *cap. quarvis. eod. tit.* ¶ Delegatus potest excommunicare contumacem. *c. querenti. eod. tit.* ¶ Delegatus potest vices suas committere in rebus non arduis. *c. si pro debilitate. eod. tit.* ¶ Delegatus præjudicationem crucis sibi commissam, sive dispensationes, absolutiones, penitentiarum injunctiones, non potest alteri committere. *c. quoniam Apostolica sedes. §. ceterum. eod. tit.* ¶ Delegatus potest coercere quemlibet jurisdictionem suam impediens. *c. 1. eod. tit.* ¶ Delegatus potest arbiter esse in causa sibi commissa. *cap. literas. de præsumpt.* ¶ Delegatus eandem habet potestatem in principali & accessorio. *c. quoniam de decimis.* ¶ Delegatus generalis non habet potestatem super causa delegata alteri specialiter. *c. 2. de offic. deleg.* ¶ Delegatus rebus sibi non delegatis se intromittere non debet. *cap. super literis. de rescript.* ¶ Delegatus potest esse testis in causa sibi delegata, si iudicandi officium non assumat. *c. dilecto filio. de test.* ¶ Delegatus potest alteri causam committere prout vult. *c. super questionum. de offic. & potest. delegat.* ¶ Delegatus committens alteri vices suas, de cetero se non intromittet, si ex toto commisit. *ibidem.* ¶ Delegatus se qui debet mentem delegantis. *c. sanè. eod. tit.* ¶ Delegatus non potest alteri committere causam appellatione remota. *d. c. super questionum.* ¶ Delegatus potest compellere subdelegatum ad recipiendum vices suas. *ibid.* ¶ Delegatus non procedat in causa sibi commissa, si literæ prioribus literis contrariæ opponuntur, de eis mentionem facientes. *c. sanè. eod. tit.* ¶ Delegatus puniat contumaces poenâ statutâ, vel aliàs pro qualitate delicti. *c. præterea. eod. tit.* ¶ Delegatus recipiens causam, simul recipit potestatem omnium ad causam pertinentium. *ibidem. & c. suspensionis. eod. tit.* ¶ Delegatus potest sententiam suam executioni mandare, & debet id facere, si ordinarius nolit, vel aliàs non possit. *c. significasti. eod. tit.* ¶ Delegatus potest ordinario executionem mandare. *capit. ex literis. eod. tit.* ¶ & exequi debet, nisi Papa aliud, vel aliter committat. *c. si quando. eod. tit.* ¶ Delegatis commissa causa expressis nominibus locorum, non personarum, uno mortuo successor ejus in dignitate, potest in causa cum alio sententiam dicere. *c. quoniam Abbas. eod. tit.* ¶ Delegatus non potest aliquem invitis ordinariis instituire. *c. super eo. eod. tit.* ¶ Delegatis duobus causa commissa, unius sententia sine altero non tenebit. *ibid.* ¶ Delegatus suspectus est amovendus. *c. causam quæ. eod. tit.* ¶ Delegatus debet procedere mortuo mandatore, si lis ante ejus obitum contestata fuerit. *c. velatum. eod. tit.* ¶ Delegatus potest procedere in causa, citatione emissâ ante mortem mandatoris. *c. gratum. eod. titulo.* ¶ Delegatus potest absolvere excommunicatum ab ordinario, si ille malitiosè noluerit facere. *c. prudentiam. eod. tit.* ¶ Delegatis tribus, uno absente alii non possunt procedere, nisi se legitime impeditum probet, vel nisi duobus committatur, etiamsi tertius nequiverit inter-



esse. *ibidem*. ¶ Delegatus non debet procedere in causa, si citatus misit legationem ad Papam. *ibid.* ¶ Delegatus unus non procedat in causa, appellatione emissa contra suum coniudicem. *c. cum super. eod. tit.* ¶ Delegatus usque ad mediam noctem potest partes expectare, & sententiarum. *c. 24. eod. tit.* ¶ Delegatus vice sua & sui coniudicis mortui re integra non procedat, nisi a suo coniudice sibi committatur, & ante mortem ejus sit ceptum. *c. licet. eod. tit.* ¶ Delegati mandatum non tenetur exequi ordinarias, nisi prius ei constet de rescripto apostolico. *c. cum in jure. eod. tit.* ¶ Delegatus non potest excedere formam mandati apostolici, alioquin non valet processus. *c. venerabili fratri. & c. P. & G. eod.* ¶ Delegatus de consensu partium potest alteri vices suas demandare, licet ei sit mandatum, ut personaliter exequatur: nisi sit causa ardua. *cap. fin. eod. tit.* ¶ Delegatus qualiter procedat contra injuste excommunicantem. *c. cum coningat. de off. deleg.* ¶ Delegatus potest refutari, si nimiam familiaritatem post litis contestationem cum alterutra partium contraxerit. *capit. infirmantem. eod. tit.*

De aetate delegati, & quando ipsius potestas expiret.

¶ Delegatus debet esse 20. annorum, nisi partes scienter consentiant in eum, qui sit major octodecim annis, alias facta delegatio ab alio quam a principe non tenetur. *c. cum vigesimum. de offic. & potest. delegat.* ¶ Delegatus officio suo functus, cum sententiam executioni mandat, expirat auctoritas sua. *c. ex literis. eod. titul.* Item quando terminus praefixus praeteriit. *c. de causis. eodem titulo.* ¶ Delegatus per negligentiam vel malitiam amittit jurisdictionem. *c. quoniam. eod. tit.* ¶ Delegato uno mortuo, potestas alterius expirat, nisi aliud sit in delegatione expressum. *cap. un. eodem titulo.* Idem de arbitris. ¶ Delegati jurisdictionem finitur, cum causa remittitur ad superiorem. *c. licet. de offic. deleg.* ¶ Delegati jurisdictionem expirat per sententiam interlocutoriam, qua se jurisdictionem non habere pronunciat, nec ipsam etiam de consensu partium reassumit. *c. significanti. 38. eod. tit.*

Delictum personale non redundat in Ecclesiam vel conventum. *capit. damnatus. de sienna Trinitate.* ¶ Delictum occultum non impedit promovendum. *c. ex tenore. de temp. ordin.* ¶ Delicti cognitio facta extra iudicium nocet, sicut confessio. *c. per inquisitionem. de elect.*

Denunciatio repellitur, qui non praemovuit. *c. de dilect. de accusat.* ¶ A denunciatione repelluntur concubinari publici. *c. cum dilecti. de accus.* ¶ A denunciatione repelluntur conspiratores. *ibid.* ¶ Ad denunciandum non admittuntur inimici. *cap. cum oportet. de accusationib.* ¶ In denunciatione

deficiens suspenditur ab officio & beneficio. *cap. cum dilectus. de calumn.* ¶ Denunciari quis potest de pluribus in eodem iudicio. *c. cum I. & A. de sent. & re judic.*

Deposita res furtiva non est sibi reddenda. *c. 1. de depos.*

Deponendus est nullus ante causae cognitionem. *c. 1. de judic.* ¶ Non deponitur quis, nisi pro notabilibus peccatis. *c. cum dilecti filii. de accus.* ¶ Depositus si celebrat, ab Ecclesia rescindatur. *c. si quis presbyter. de Cleric. excomm.* ¶ Deponendus quis non est, si testes contra eum ex sola credulitate deponunt. *c. inquisitionis. de accus.*

Desertus locus. *c. 1. §. illum locum. de verb. signif. in 6.*

de Diabolo. Hic affligens homines, ipse plus affligitur. *de penit. d. 1. a potest fieri. §. agritudo. & ibi glossa.*

Diaconi. *dist. 21. cap. Cleric. §. Levite. vers. h. Graec.* ¶ De origine Diaconorum legitur *distin. 21. in princ. §. Levitas.* ¶ De Modo ordinandi Diaconum. *distin. 22. c. diaconus.* ¶ In iis ordinandis manus eorum chrismate perungi non debent. *dist. 23. cap. praetera.* ¶ Septem ordinandi. *distin. 93. cap. diaconi qui. & c. diaconi septem.*

Diaconi officium circa albam. *d. distin. 93. capit. diaconis. in fine.* ¶ De coelatu Diaconorum cavetur *dist. 28. c. quando. c. praetera. cum c. sequente. distin. 32. cap. eos qui.* Contradicit *d. distin. 28. c. praetera. c. diaconi. in princ.* Huic objectioni respondet Gratianus *dist. cap. diaconi. vers. sed quod de electione.* ¶ Compagis Diaconus uti non debet. *dist. 93. c. pervenit.* ¶ Diaconi nihil eorum quae decreta sunt primis ordinibus sibi debent vendicare, ut baptisma, eucharistiam, &c. *distin. 93. c. diaconus. c. pervenit. c. non oportet.* Cujus exceptio est in tempore necessitatis. *d. distin. 93. c. praefate.* ¶ De inquirendis a Diacono iis, quae ad cultum Ecclesiae & disciplinam ejus pertinent. *distin. 93. c. diaconi Ecclesiae.* ¶ De Episcopo a Diaconis custodiendo. *distin. 93. c. diaconi qui.* ¶ Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine Diacono Episcopus vivere non debet. *d. distin. 93. c. diaconi sunt.* ¶ Diaconus Sinistram tantum humerum orario ambit. *distin. 25. c. auare. in fine. cum c. sequente.* ¶ Diaconi Ministrant Sacerdotibus. *d. 25. c. 1. §. ad diaconum.* ¶ Diaconi Subesse debent presbyteris, non se illis praeferre. *dist. 93. c. a Subdiacono. §. parvo. c. Diaconi septem. §. ut igitur. cap. pervenit. c. non oportet. c. Diaconi. c. Diaconus. c. nonnulli. c. legimus. c. dominus. Nisi Diaconus locum metropolitani sui obtineat. d. dist. 93. c. ut.*

Die dominica est ab omni opere illicito abstinendum. *cap. 1. de fer.* ¶ Die dominico licet Episcopo virgines consecrare & ordines consecrare. *c. 1. de temp. ordin.* ¶ Diebus dominicis potest solus Papa Subdiaconos ordinare. *ibidem.*

Dies quodque incipit initio noctis, & terminatur ad diem sequentem, idque verum est in celebrandis

brandis ordinibus, cum quaeritur, pluresne ordines uno die collati sint. *capit. literas. 13. de temp. ord.*

¶ Dies aliquando incipit à vespera usque ad vesperam, quoad festa celebranda. *cap. 2. de fer.* ¶ Dies aliquando incipit à mane, & terminatur in fine diei ante tenebras, quantum ad iudicem & sententiam diffinitivam. *capit. consultis. de offic. iudic. deleg.*

¶ Dies aliquando incipit à media nocte, & terminatur in mediam noctem sequentem, quantum ad contractus faciendos: possunt enim fieri quilibet hora. *capit. consultis. eodem titulo.* ¶ Dies aliquando incipit post coenam, & durat per noctem usque ad diem sequentem, quantum ad jejuniium. *capit. de esu. de consecr. distinct. 3.*

¶ Dies etiam incipit à quarta feria post occasum solis, usque ad secundam feriam in ortu solis, quantum ad Treugas servandas. *cap. 1. de treuga & pace.*

Dietas ultra duas extra suam dioccesim nemo citandus est. *c. olim. de excess.*

Diffinitiva sententia proferri non debet contra absentem ex legitima causa, & lata non tenet, maxime in causa matrimoniali. *cap. tenor. & cap. cum Bercholdus. de sent. & re iudic.*

¶ Contra contumaciter absentem, etiam licet non contestata, proceditur ad sententiam diffinitivam in causa criminali per viam inquisitionis mota. *capit. veritatis. 8. de del. & contum.*

Dignitas Infamis non patet. *cap. infamis. 87. dist. iij.*

¶ Dignitates duas habens, unam dimittit, etiam si illas habeat in diversis Ecclesiis. *cap. praetera. de proband.* ¶ Ad dignitatem majorem à minori est transfundendum. *capit. licet in tantum. de translat. Episcop.*

Dilapidator deponendus est. *cap. licet Hely. de simon.*

¶ Dilapidator rerum Ecclesiasticarum suspectus removetur usque ad disquisitionem facti. *cap. fin. de accusat.*

Dilatio non nisi causa cognita danda. *3. q. 3. c. ult. §. à iudice.*

Dilectio Dei & Proximi. *vide supra in charitas.*

Diocesis. *capitulo Rodolphus. 35. de re scriptis.*

Discipuli Christi creduntur esse baptizati. *de consecrat. distinct. 4. c. quando ab. c. si eos.*

in Disjunctivis. *cap. in alternationis. 70. de reg. iur. in 6.*

Dispensationes ad jus commune trahi non debent. *c. in causis. de sent. & re iud.*

¶ Dispensare potest Episcopus cum Clerico in minoribus criminibus. *capit. at si Clerici. de iudic.*

¶ Collaterales personae in secundo gradu matrimonium contrahentes dispensari possunt à Papa, quia hoc non est contra jus divinum. *capit. literas. de restitut. spo. lit.*

¶ Dispensationem inducit multitudo supplicantium, & consuetudo terrae. *capit. sanè. de temp. ordin.*

¶ Dispensatur cum eo in tem-

poralibus, cum quo & in spiritualibus. *cap. per venerabilem. qui filii sint legitimi.*

¶ In dispensatione voti attendi debet debilitas & paupertas. *cap. quod super his. de vot. & vot. redempt.*

¶ Dispensatio revocari non debet. *capit. ex tua nobis. de fil. presbyt.*

¶ Dispensationem non habenti, alia cura animarum non conferatur, si talis eam ante habuerit, alioqui collatio viribus carcat. *cap. de multa. de prob.*

Disputare de fide Laici non debent. *cap. quicumque. §. inbibemus. de hereticis. in 6.*

Dissensus difficulter probatur, nisi contraria iudicia praecesserint. *cap. ad id. de sponsal. & cap. insuper. qui matrimonium accus. poss.*

¶ Dissentiente altero desponsatorum, post septennium alter solutus est ipso iure. *cap. accessit. de desponsat. impub.*

Distinctio. *vide supra, in Antinomia, vel contraria.*

Divinatio. *26. quæst. 5. in princ. 1. q. 1. c. nunquam. in princ. causa 26. item quæ præponitur infra causa 9.*

Ratio hujus causae per objectionis solutionem habetur. *d. 9. 5. capit. ult. §. si autem quilibet.*

Origo divinationum exponitur *26. quæst. 3. in princ. cum capit. sequente.*

Ratio nominis exponitur. *dist. quæst. 3. capit. 1. §. divini.*

Genera divinationum enumerantur *d. c. 1. §. 1.*

Singulorum generum species in sequentibus causis proponuntur.

Divinationum autem causae vel modi exponuntur *dist. c. 1. §. fin. cum c. sequ.*

Divortium non celebratur, licet ex utraque parte conjugum, consanguinitatis impedimentum allegerur, nisi per testes fide dignos illud probetur: idque fit ad impediendam collusionem. *capit. super eo. de eo qui cognov. consanguin. uxoris suae.*

¶ Divortio iudicio Ecclesiae celebrato, non potest compelli fidelis recipere infidelem, licet conversum ad fidem. *capit. de illa. de divort.*

¶ Post divortium dos est reddenda uxori, & possessiones indivisae dividendae sunt. *capit. significavit. de donat. inter vir. & uxor.*

¶ Divortium non fit propter furtum, vel simile quid, sed propter infidelitatem vel adulterium commissum. *capit. quasi vir. de divort.*

¶ Divortio propter haeresin factum, continere debet fidelis vivente infideli. *ibid. & capit. quando. eodem titulo.*

¶ Divortium potest fieri ex violenta presumptione. *capit. literas. de praesumpt.*

¶ Divortium sine jurisdictione Ecclesiae non tenet. *cap. porro. de divort. & cap. 1. de convers. conjug.*

¶ Divortio propter adulterium factum, contrahens cum altero debet redire ad primam. *c. ex literis. de divort.*

Doctores Juramentum, vel ejus qui ad magisterium honorem promovetur, circa expensas praestando cavetur. *Clement. cum sit nimis. 2. de magistris.*

¶ De magistris & doctoribus artium liberalium ubique constituendis. *distinct. 37. cap. de quibusdam.*

¶ Ne pro licentia docendi aliquid accipiat. *d. cap. 1. §. pro licentia. & c. prohibeas. 2. cap. quando. 3. eod. tit.*

¶ Item

H H H H 2

Ut gratis doceant magistri. *dist. 5. pro licentia.*
Dolus scienti & consentienti non fit, neque iniuria. *c. scienti. 27. de reg. jur. in 6.*

Dolo facit, qui petit quod est restituendus. *c. dolo. 59. de reg. jur. in 6.* ¶ item qui contra iura mercatur, dolo agere praesumitur. *c. qui contra. 82. de reg. jur. in 6.* ¶ Dolo facere non videtur, qui iustus iudicis facit. *c. quod quis. 24. d. tit.* ¶ Dolus alicujus facit, ut contra eum absentem procedi possit, si de eo constet. *c. cum olim. de sent. & re jud.*

Domicilium ibi quis dicitur habere, ubi habet beneficium. *c. dilectus filius. de rescript.* ¶ Domicilium ubi quis habet, ibi conveniri potest. *c. dilecti filii. de for. compet.*

Dominium acquiritur, si quid capitur ex hostibus, nisi bellum sit iniustum. *c. sicut. 29. in princ. de iurejurando.*

Donatio Episcopi sine consensu capituli non valet. *cap. cum nos. de his qua fiunt a Praelat.* ¶ Donatio occulta suspecta est, & ideo irritanda. *capit. 1. ut benefico. Eccles. sine dilat. cons.* ¶ Donare potest, qui sui juris est, & rerum suarum habet administrationem. *capit. ceterum. de donat.* ¶ Donationem potest, & debet vir mulieri facere, si viro dederit uxorem. *cap. nuper. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Donationes Ecclesiarum vivente rectore non valent, nisi fiant locis religiosi, ita tamen, ut rectores eis non priventur per vitam. *cap. consultationibus. de donat.* ¶ Donare nemo sibi ipsi potest beneficium. *cap. cum ad nostram. de institut.* ¶ Donatio inter virum & uxorem, quae tantum pauperiorem, accipientem locupletorem facit, non valet. *cap. ult. de dot. post. divort. restitut.* ¶ Donationes Episcopi in gravamen Ecclesiae factae sine consensu capituli, revocantur per successorem. *cap. fraternitatem. de donat.* ¶ Donatio Abbatis cum consilio prioris vel paucorum, non tenet, aliis reclamantibus. *capit. ceterum. eod. tit.*

Dos ad uxorem, & donatio ad virum revertitur, soluto matrimonio. *capit. fin. de don. post. divort. rest.* ¶ In dotem non potest dari feudum. *cap. nuper. eod. tit.* ¶ Dos reddi debet uxori separatae ob legitimam causam. *cap. 1. de don. inter vir. & uxor. secus, si ob fornicationem matrimonium solutum sit: tunc enim non redditur. capit. plerumque. eod. tit.* ¶ Dos etiam reddenda est post divortium ancillae, quae matrimonio contracti tempore libera credebatur. *cap. proposuit. de conjug. serv.* ¶ Dos in manu viri est uxore vivente. *cap. per vestras. de donat. inter vir. & uxor.* ¶ Dos detur uxori viro exulante vel fugiente. *capit. ex literis. de pigrioribus.* ¶ Pro dote uxoris, omnia viri bona tacite sunt hypothecata. *ibid.* ¶ Dotem uxoris, nisi aestimata, maritus vendere non potest. *capit. ex parte. de consuet.* ¶ Dos Ecclesiae immunis esse debet ab omni servitute. *c. 1. de censu. & exalt.*

Dubio Consuetudo loci est attendenda. Quod si varia sit consuetudo, ea potius attendenda, quae magis rationalis est, & alii

minus praedjudicans. *capit. cum olim. 6. de consuetudine.* ¶ Humaniorum sententiam sequi debemus. *cap. estote. 2. de regul. jur. cap. odia resing. 15. cap. in parte. 49. eodem tit. in 6.* ¶ contra eum qui legem apertius dicere potuit, Interpretatio faciendae. *cap. contra eum. 57. de reg. jur. in 6.* ¶ quod Minimum est sequimur. *cap. in obscuris. 30. de reg. jur. in 6.* ¶ Inspicimus quod Verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet. *cap. inspiciamus. 45. dist. tit.*

Duellum qui fecit, potest ex dispensatione in ordine prius habito ministrare. *cap. 1. de corp. vitas.* ¶ Duellum exercens potest promoveri, si non interfecerit. *cap. 1. de cleric. pugnant. in duell.* ¶ Homine in duello intercepto, non potest interfecto ejus in ordine succpto ministrare. *c. 2. eod. tit.*

Duplicia Monasteria prohibita. *18. q. 2. cap. diffinimus.*

E.

Ebrietas ubi est, ibi etiam libido & furor. *37. dist. c. venter. item obexcitat conscientiam, & sepelit rationem: 15. q. 1. c. lavie.*

Ebrietate puniendae. *dist. 33. c. 1. c. luxuriosa. c. Ecclesia. c. venter. c. vinolentium. c. luxuriam. c. sexta.*

Ecclesiastici & civilis status Comparatio. *dist. 96. c. cum ad veram. c. quis dubitet. c. duo sunt.*

Ecclesia Catholica est fidelium multitudo, fide & charitate unita. *93. dist. c. legimus. circ. med. 1. q. 1. c. melio. in fin. 24. q. 1. c. loquuntur.* ¶ Una est Ecclesia universalis, extra quam non est salus. *cap. 1. §. una vero. de summa trinitate. 1. q. 1. c. zozanus. 24. q. 1. c. loquuntur. capit. quia ex sola. cap. quoniam. c. pudenda. §. etenim. c. schisma. item dist. 93. cap. qui cathedram.* ¶ De Ecclesiis Defendendis contra Laicos. *dist. 96. cap. ult. & dist. 97. in princ. §. sed sicut. ex. cap. 1. cum cap. seq. & de Ecclesiis non Violandis, & violatorum poena. cap. relatum. 21. §. fin. de iure patronat. 17. q. 4. c. ad Episcopos. c. attendendum. c. si quis. item poena eorum qui Ecclesiae pacem turbant. 24. quast. 1. cap. qui contra. q. 3. c. quisquis per. non est enim subiecta Ecclesia cum suis personis, rebus & actibus Laicorum dispositioni vel iudicio. per ce. jam proposita. & d. dist. 96. in princ. cum c. sequent. cap. nos ad fidem. cum cap. sequente. cap. ubinam. cap. denique. cap. satis. cap. in scripturis. cap. si Imperator. cap. nunquam. cap. sicut. item dist. 97. in princ.*

Ecclesia res in nullius bonis sunt, nec quisquam eas tanquam proprias sibi potest vindicare. *capit. ratio. 3. de praebendis. 16. quast. 7. cap. 1. §. haec vero decimas. versic. sed sint omnia communia. 23. quast. 7. cap. quod autem. §. si autem privatim.* ¶ In res Ecclesiae non succeditur iure consanguinitatis. *c. 1. de praebendis. cap. consilium. 17. de iure patronat. 16. q. 1. c. in canonibus. §. generaliter. versic. similia & v.* ¶ Ecclesiastica Laicus Conferre non potest. *c. dudum. 31. §. ceterum. vers. cum sacrelegi. de decimis. capit. nullus. 17. de iure patronat. neque quid disponere vel statuere*

statuere. *dist. 96. in princ. cum sequens. 16. quast. 7. cap. nullus Laicorum. cap. non placuit. cap. Laicis. c. si quis. princ. cap. quicumque. §. si ergo. §. Ecclesiastica Laicis nec conferenda, nec committenda. dist. §. Laici autem. & cap. quamvis. 17. de decimis. item dist. 89. cap. inuicatum. nam non nisi ab Episcopo, eiusve consensu conferenda ac possidenda sunt. 16. quast. 7. cap. congregato. cap. & hoc. §. fin. §. Res Ecclesiasticas Laicus possidere non potest. 16. quast. 7. in princ. §. Laici autem. cap. 1. in princ. cap. nullus Laicorum. & licet Res steriles vel onerosa, Ecclesiae redhiberi debet. 10. quast. 2. cap. hoc ius. §. sicut. De rebus Ecclesiae vindicandis. 16. quast. 3. cap. 1. in fin. c. inter memoratos. §. fin. item de reb. Ecclesiae alienandis. cap. si quis. 6. §. fin. vide sup. in Alienatio. §. Ecclesia non vacans potest concedi religiosis. cap. cum venissent. de resist. spol. §. In una Ecclesia plures simul non instituntur. cap. quoniam. de iure patron. §. Ecclesia ultra quatuor menses vacare non debet. cap. cum propter discordias. eod. tit. §. Ecclesiam sine dispensatione Papae tenens non Presbyter priuetur. cap. praeterea. de atar. & qualis. §. Ecclesiam habens non recipiat aliud beneficium. cap. cum non ignores. de praebend. & dignitat. §. Ecclesiae donatio sub conditione facta revocari potest, si sic collata fuerit, quod conditione cessante revocetur. cap. verum. de cond. appol. §. Ecclesia non consecrata immunitatem nihilominus habet. cap. Ecclesia. de Eccles. §. Ecclesiae de novo aedificari possunt populo crescente. cap. ad audientiam. de Eccles. aedific. §. Ecclesia sub annuo censu concedi potest ratione fructuum. cap. querelam. ne pralat. vices suas. §. In Ecclesia placita secularia fieri non debent. cap. cum Ecclesia. de immunitat. Eccles. §. Ecclesiae nomine cathedralis intelligitur. cap. cum Clerici. de verbor. signific. §. Per Ecclesiam matricem intelligitur cathedralis. cap. venerabili. eod. tit. §. Ecclesia tantum iudicat de manifestis. c. sicut. de simon. §. Ad Ecclesiam fugiens, modo in ea non deliquerit, tutus est ab omni iniuria. cap. inter cap. & c. fin. de immunitat. Eccles. §. Ecclesiae subiunt Episcopo, in cuius dioecesi sitae sunt, de iure communi. cap. constitutus. de religio. dum. §. Ecclesias plures habere licet, quarum una ex alia pendeat, vel quae proprios Sacerdotes habere non valet. cap. eam se. de atar. & qualis. praefic. §. Ecclesiarum effractores & incendiarii, postquam sunt denunciati, a solo Papa absolvendi sunt. cap. conquest. de sentent. excommunic. §. Moriens, qui testamento Ecclesiae aliquid legat, id congregationi legare intelligitur. cap. velatum. de testam. & ultim. volunt. §. In Ecclesiis regularibus non sint seculares Clerici, aut regulam profiteantur, aut amoveantur. cap. cum causam. de elect. §. Ultimum & summum quod ab Ecclesia infligitur supplicium, est anathema. cap. cum non ab homine. de iudic. §. Ecclesiarum novarum constructio veteri nocere non debet. cap. de his. de Eccles. aedific. §. Ecclesia fornicatione polluta, asperione aquae reconcilietur. cap. significasti. de adulter. & stupr. §. Ecclesias reparare tenentur rectores earum,*

capit. de his. de Eccles. aedific. §. Ecclesia secularis non potest fieri regularis sine consensu dioecetani Episcopi. cap. ad audientiam. eod. tit. §. Ab Ecclesia sua se transferens ad aliam auctoritate propria, utraque priuetur, & prima & secunda. cap. quanto. de translat. prelat. §. Ecclesia si possessiones suas a Laicis repetat, debet expensas in rei melioratione factas computare & praestare. cap. 1. de in integr. restitut. §. Ecclesiasticum feudum non licet vendere sine consensu Episcopi. cap. qua in Ecclesiarum. de constitut. §. Ecclesiae & praeturae pueris non conferantur. cap. ex ratione. de atar. qualitate & ordin. praefic. Sed talibus debet cura animarum committi, qui brevi ordinari possunt in Presbyteros. cap. inde eorum. & cap. praeterea. eodem titulo. §. Ecclesia debet habere chorum & Ecclesiam. cap. 1. de vit. & honest. Cleric. §. Ecclesia parochialis non dividatur sine Episcopo. cap. avaritia. de praebend. §. Ecclesia vivente rectore nec dari nec recipi potest. cap. qui in vivorum. de concess. praebend. §. Ecclesia per Episcopum, non per Presbyterum reconciliari potest. cap. aqua per Episcopum. de consecrat. Eccles. vel alt. §. Ecclesia vacante, confirmatio non spectat ad capitulum. cap. 2. ne sed. vacant. §. Ecclesiis suis non sunt spoliandi caeci nec leprosi. cap. licet multum. de censib. §. Ecclesia regularis & cathedralis ultra tres menses non vacet; si vacaverit, Archiepiscopus provideat illi. cap. ne pro defectu. de elect. & elect. potest. §. Ecclesia vacans propter dissentium Episcopi & patroni, custodiatur per oeconomum. cap. cum vos. de offic. iud. ord. §. Ecclesia non potest poenam sanguinis infligere. cap. in Archiepiscopatum. de rap. & incend. §. Ecclesias in proprios usus concessas non licet regularibus intrare sine dioecetani consensu. cap. pastoralis. de privileg. §. Ecclesia debet ab omni exactione immunis esse. cap. 1. de censib. §. Ecclesia cathedralis quandam professorem in Theologia habeat. cap. quia nonnullis. de magistr. §. Ecclesiae matri debentur decimae. cap. ex transmissa. de praescript. §. Ecclesiae statuta pro tempore variari possunt. cap. non debet. de contumacia. & affin. §. Statuta Laicorum ab Ecclesia confirmata valent, aliis non. cap. Ecclesia sancta Maria. de constitut. §. Contra Ecclesiam aliquid statuentes, ni revocaverint, excommunicentur. c. noverit. de sent. excom.

Quae edenda, vel non.

Edi Nomen Actionis necessarium non est: sed factum ita exponendum, ut iudici actio constare possit. cap. dilecti. 6. de iudiciis. §. Causa actionis edenda. dist. cap. 6. & cap. ult. de libelli oblatione. & scriptis actio edenda. cap. 1. de libelli oblatione. 5. quast. 2. cap. ult. in princ. vers. & non prius. & si actio inepta est edita, reus ab instantia absolvitur. cap. examinata. 15. de iudiciis. §. Reus aetori non tenetur Instrumenta edere. cap. 1. de probationibus. 4. quast. 3. cap. ult. §. qui intendit. §. Nisi instrumenta aetori & reo communia sint. cap. G. perpetuus. 12. de fide instrum.

¶ Non totum instrumentum edendum est, sed id tantum quod ad causam pertinet. *c. contingit. 7. de fide instrument.*

Effectu prohibito omnis eius causa prohibita censetur. *cap. cum quid. 84. de reg. jur. in 6.*

Ejecta. *distinct. 34. cap. ridua.*

Electio debitoris si genus debeat, vel unum ex duob. *c. in alternatis. 76. de reg. jur. in 6.*

Qua electio valeat, nec ne.

¶ Electio celebrata ab interdictis non valet. *cap. cum inter R. de elect.* ¶ Electio primam non annullata, non valet secunda electio. *capit. considerimus. eodem titulo.* ¶ Electio simoniaca non valet, si propter hoc electoribus promissa fuerit pecunia, licet electus ignoret, nisi in fraudem electi factum sit. *c. nobis. 27. de simon.* ¶ Electio pendente appellatione facta non valet. *c. bona memoria. de elect.*

¶ Electio Episcopo nondum sepulto facta non valet. *c. bona memoria. de elect.* ¶ Electio tempore transacto, facta electio non valet. *c. dilecto filio. de suppl. neglig. pralat.* ¶ Electio secunda valet, cum certum est primam non valere. *capit. bona memoria. de electionibus.* ¶ Electio suspensa vel a suspensis celebrata non valet. *capit. cum inter R. eodem titulo.*

¶ Electio publicato scrutinio valet. *capit. publicatio. eodem titulo.* ¶ Electio Pontificis a Laicis facta non valet. *capit. sacrosancta. eod. tit.* ¶ Electiones clandestinae reprobantur. *cap. quia propter diversas. eod. tit.* ¶ Electio ad praebendam, per importunitatem facta non valet. *cap. tua fraternitatis. de praebend. & dignis.* ¶ Electio non valet, nisi absentes vocentur, qui possunt & debent electioni interesse. *cap. quod sicut. de elect.* ¶ Nulla electio dissentiente capitulo facta valet. *cap. auditis. eod. tit.*

¶ Electio quae nulla est, ex post facto non convalescit. *c. auditis. eod. tit.* ¶ Electio Episcopi in Archiepiscopum non valet, quia postulari debet Episcopus. *c. gratum gerimus. de postul.*

Qui & Quales cum electi, tum eligentes esse debeant.

¶ Electio ad Episcopatum debet fieri de digno scientia, moribus & aetate, & habeat tricesimum annum completum, & sit legitimo matrimonio natus. *capit. 7. de election. & elect. post.* ¶ Electioni de se factae per potestatem secularem consentiens, non potest eligi ad aliquam dignitatem sine dispensatione. *capit. quisquis electioni. eodem titulo.* ¶ Electus schismaticus, si schisma non abjuraverit, ne confirmetur. *capit. quia diligentia. eodem titulo.* ¶ Electus non sit procurator vel oeconomus in spiritualibus vel temporalibus. *capit. avaritia. eodem titulo. in 6.* ¶ In electo tandem quae requirantur singula, vide in *cap. cunctis. de elect.*

Qui ad electionem vocandi, & ad quos ea spectat.

¶ Ad electionem vocandi sunt, qui sunt in provincia: quia plus nocet contentus unus, quam contradictio multorum. *capit. coram dilecto. eodem tit. de elect.* in electione tamen Episcopi, Canonici valde remoti non sunt expectandi. *cap. cum inter universas. eod. tit.* ¶ In electione requiritur major & sanior pars capituli. *cap. Ecclesia. & cap. congregato. eodem tit.* ¶ Electio Abbatis ad Monachos ejusdem monasterii spectat. *cap. cum dilectus. de consuet.* ¶ Electio Imperatoris spectat ad Germaniae Principes, sed examinatio & coronatio ad Papam. *cap. venerabilem. de elect.* ¶ Excommunicati ad electionem non sunt vocandi. *cap. illa quod iudiana. eod. tit.*

De electionis forma & modo.

¶ Electionis formam & requisita necessaria vide in *c. cum terra. & c. quia propter. de elect.* ¶ Per aliquam de tribus his formis, scrutiniis seu compromissi & inspirationis, procedi debet ad electionem. *cap. 42. de elect.* ¶ De electione tractanda, dies est praefigendus. *capit. Ecclesia vestra. eod. tit.* ¶ Electio debet fieri de proprio gremio, si reperitur idoneus. *capit. cum inter. eod. tit.* ¶ In electionibus valet consuetudo. *cap. cum terra. eod. tit.* ¶ In electionem possunt omnes in unum compromittere. *capit. causam. eod. tit.* ¶ Eligentium numerus multum excedens praefertur digniori numero sed minori. *cap. audum. eod. tit.* ¶ Electio Papae a duobus partibus facta valet, licet tertia dissentiat. *cap. licet. de vitanda. eod. tit.* ¶ In electione Papae absentes Cardinales ultra decem dies non expectandi. *capit. ubi periculum. de elect. lib. 6.* ¶ Electio Papae fit in eo loco, ubi praecedens obiit, alias in proxima civitate non interdicta. *ibidem.* ¶ Pro ea electione etiam Cardinales ardeantur & includuntur, donec quis certus sit electus. *ibid.*

Quomodo cum electus, tum electores sine eligentes suo iure priventur.

¶ Electus, qui ante confirmationem administrare res Ecclesiae tentaverit, cassatur & removetur. *c. bona memoria. de elect. c. qualiter. eod.* ¶ Electus, multas dignitates habens, si dispensationem a Papa non habuerit, cassatur. *capit. dudum. eodem titulo.* ¶ Qui scienter & ex proposito indignum eligunt, potestate eligendi privantur, & a beneficio per triennium suspenduntur, & si a majori parte facta sit haec electio, ad minorem deinceps devolvitur. *capit. cum Pionens. eod. tit.* & *cap. gratum. de postul.* ¶ Electus requisitus ab electoribus, si intra mensem non consenserit electioni, a iure electionis cadit, nisi consensus electi pendeat a superiori, qui si non concedat, ad aliam poterunt electi procedere electionem. *capit. quam sic. de election. in lib. 6.* ¶ Electus si intra tres menses non petierit confirmationem post consensum datum, ab ele-

ab electione cadit, nisi legitime fuerit impeditus. eodem capitul. in fine. eodem titul. Electus non potest ab electoribus removeri, nisi de novo improbitas aliqua in electo emerferit. cap. nulli. eodem titulo. in 6.

De Eleemosynis.

Eleemosynarum trimembris, divisio *distinct. 45. c.* & qui emendat. §. fin. cum capite sequente. item capit. dua sunt, in princ. usque ad §. ex his. §. Species Eleemosynæ est, remittit debitorum. de pan. *distinct. 3. cap. de quotidianis. §. fin.* & De ratione dandarum Eleemosynarum. 22. *quest. 2. cap. aurum. cum c. seq. item Ut libenter quisque det eleemosynas, non in vitas, nec ob pudorem. 23. q. 6. cap. jam verò. §. unde Apostolus.*

A Quibus Eleemosyna accipienda, vel non.

ab Excommunicato eleemosynæ non sunt accipiendæ, nisi qui alias sustentari non possunt, hi enim ab excommunicatis eleemosynas accipere possunt. *capit. cum voluntate. 54. §. 1. de sentent. excommunicationis.* Deinde excipiuntur ii, qui non nominatim sunt excommunicati: nam & ab his eleemosynas accipere licet. 24. *quest. 2. capit. sanè.* Eleemosyna Injustorum non justificat. 14. *q. 5. cap. scriptum.* Pœnitenti datur eleemosyna, & agenda prius pœnitentia quam dentur eleemosynæ. *de panitent. distinct. 3. cap. qui vult.* Eleemosyna Raptoris & manifesti violatoris Ecclesiarum à Clericis non accipienda. *cap. super eo. 2. §. qui autem. vers. nec ejus eleemosynam. de raptoribus.* Viduis etiam dandæ eleemosynæ. 31. *quest. 1. c. quomodo. §. & idè Apostolus.*

Ex Quibus rebus Eleemosyna danda, vel non.

Ex rebus turpiter quaesitis eleemosynæ non sunt dandæ. 1. *quest. 1. c. non est. 14. quest. 5. in princ. cum sequentibus, usque ad c. nemo. item cap. eleemosyna. c. neque enim. c. denique. c. scriptum est. c. penale. §. fin.* Contradicit d. *quest. 5. c. qui habetis. & c. ult.* De eleemosynarum effectu & usu. 13. *quest. 2. c. anima. in princ. & ubi illud etiam. c. tempus. §. cum sacrificia.* Eleemosynæ quaestorum officium. *c. cum ex eo. 14. in princ. usque ad §. ad hac. de pœnitentis. Clem. 2. eod. tit.*

Emens rapinam punitur. 14. *question. 5. cap. rapinam.*

Si Emphyteuta non requisito vel nolente domino jus suum Alienaverit, eo cadit. *cap. ult. §. emphyteuta quoque. vers. secus presumendo. de locato & cond. quod fallit, si dominus requisitus ipse emere noluit. dict. cap. ult. in princ.* sed si attestatioe præmissa emphyteuta domino non indicaverit, quantum precium sibi ab alio offeratur, emphyteuti cadit. *dict. cap. ult. in princ.* quod etiam verum est, si ab attestatioe præmissa nondum duo menses præterierint.

d. c. ult. in princ. vers. vel à denunciationis, item si pensionis vetitis alienaverit, emphyteuti cadit. *dict. cap. ultim. in princ. vers. qui ab emptione hujusmodi.* Item Si emphyteuta rem fecerit Deteriorem, jure suo cadit. 10. *quest. 2. cap. hoc jus. §. qui rem.* Si emphyteuta Ecclesie intra biennium, vel alius intra triennium canonem non solverit, jure suo cadit. *c. ult. §. emphyteuta quoque. de locato & conducto. 10. quest. 2. cap. hoc jus. §. qui rem.* Si iamli dominus non solvat emphyteuta meliorationes. *dict. §. qui rem. vers. non repetiturus. vel si emphyteuta non sit interpellatus, ut solveret. dict. c. ult. in fin.* Item si emphyteuta jus suum ex causis prædictis amisit, ut ad dominium res redeat, nihilominus præteriti temporis pensionesolvere, & damnum, quo res deterior facta est, præstare tenetur. *d. §. qui rem. vers. ut tamen solvat.*

Episcoporum origo. *distinct. 21. capit. in novo.* Etymologia. *distinct. 21. §. Episcopus. & 8. quest. 1. cap. qui Episcopatum.* Definitio, divisio Episcoporum & species. *distinct. 21. cap. 1. §. ordo verò.* Differentia Episcoporum & Coepiscoporum. *distinct. 68. c. quamvis.* Dignitas Episcoporum est, ut sint loco Apostolorum, quorum vicem in Ecclesia gerunt. *distinct. 21. cap. in novo. §. ceteri. vers. ipse quoque. distinct. 68. cap. ult. & Prærogativa dignitatis ex subscriptione & voti ordine colligitur. distinct. 17. cap. penult. §. fin. cum cap. sequente. & ex tempore ordinationis. distinct. 17. cap. ult. & distinct. 18. c. 1.* denique Compositionem de jure primatiae unus solus, cujus interest, potest impedire. *cap. ult. de majoritate & obedientia.*

Episcopalis sedes.

Majores tantum Civitates privilegio Episcopatus sunt honorandæ. *cap. 1. de privilegiis. distinct. 80. in princ. cum sequentibus, usque ad cap. ult. 23. quest. 4. c. sicut excellenciam. §. Concilium. vers. ipse verò primas. 16. quest. 1. cap. precipimus. in princ. usque ad §. sunt. & distinct. 68. cap. Ecclesis. §. inter Episcopos.* Episcopales sedes non longo intervallo à se debent disjungi, & crudelitatem subditorum Episcopos suos trucidantium, sedes Episcopalis in aliam civitatem Transfertur. 7. *quest. 1. cap. temporis. 25. question. 2. cap. ult.* Quæ civitates antea non habuerunt Episcopos, in us nec postea constituendi. 16. *q. 1. c. felix.*

Episcoporum officium.

Corrigere subditos debet, & ad fidem provocare non severitate, sed blandimentis. *distinct. 45. cap. licet. cap. qui sincera. cap. de Indeis. c. licet. cap. cum beatus. in princ.* Contradicit tamen *dict. c. cum beatus. §. Salomon. cum sequentibus, usque ad cap. vria sunt.* Cui objectioni responderet Gratianus *dict. distinct. 45. c. dua sunt. §. ex his omnibus, cum sequentibus, usque ad c. ult. item de corrigendo populo agitur. c. irrefragabili. 13. in princ. de officio ordinarii. distinct. 86. c. 1. c. odio. c. facienis. 23. quest. 4. c. duo ista. & si in corripiendo modum excefferit, à domino, non à subditis veniam petere debet. distinct. 86. c. quando.*

¶ porro Crimen non probatum non nominatum redarguet, sed in genere. c. si Sacerdos. 2. de officio ordinarii. & de criminibus inquirere eaque punire possunt, & si opus fuerit, brachium seculare implorabunt. cap. 1. dist. iii. sed ne in puniendis delictis ad quæstum magis quam ad leges respiciant. c. irrefragabili. 13. §. fin. eodem titulo. denique ne sermone incauto infirmorum conscientiam vulneret. dist. 45. cap. ult. ¶ de Docendo populo, regendo & amando. 7. quæst. 1. sicut vir. §. Episcopum. dist. 36. cap. ult. & dist. 86. in princ. In docendo sacram Scripturam, non Grammaticam Episcopus exponere debet. dist. dist. 86. cap. cum multa. ¶ Familiaritatem Domesticorum immoderatam vitare debet. dist. 34. cap. 1. ¶ Hospitalium Episcopum debet esse. dist. 40. in princ. ¶ Impatiens non sit, neque percussor, sed mansuetus, neque aliquem propriis verberet manibus. dist. 45. cap. 1. cum c. seq. & c. Episcopum. c. cum beatus. item dist. 86. cap. non liceat. 1. quæst. 7. cap. si quis omnem. §. penult. item de Clerico percussore. c. 1. ¶ Ut Infirmis & pauperibus subveniat. dist. 82. in princ. cum c. seq. dist. 84. in princ. cum duob. cc. seq. item 8. quæst. 1. c. Clemens. ¶ de Mensa, suppellectile, & victu Episcopi, cavetur dist. 41. c. Episcopus. ¶ Ne subditos gravent Sumptibus & Exactionibus. c. cum Apostolus. 6. §. prohibemus. de censibus. cap. 1. de excessibus Prælatorum. 10. quæst. 3. c. quia cognovimus. c. cavendum. c. inter cetera. c. relatum. cap. ult. & 16. quæst. 1. c. constitutum. c. nulli. c. prædicator. item extrar. com. unica. §. secundo verò. de panis. charitativum tamen subsidium licitum est. ¶ Viduis & orphanis Ecclesiæ præsidium implorantibus Episcopus debet subvenire. dist. 87. in princ. cum sequentibus. usque ad c. irreligiosa. Restrigitur tamen hæc regula dist. 88. cap. Episcopus gubernationem. ¶ Ad Episcopum pertinet, de domibus religiosis disponere. cap. de xenodochiis. de religiof. domibus. ¶ Episcopus Sacerdos necessario esse debet. c. ex literis. de excess. prælat. ¶ Episcopus non debet Clerici beneficium sine ejus consensu minuere. c. ad hac. eod. tit. ¶ Episcopi semper in publico superindumentis lincis uti debent, nisi religiosi sint. cap. Clerici officia. de rit. & honest. Cleric. ¶ Episcopus non debet sibi vendicare res Ecclesiæ. cap. prohibemus. de censib. & exact. ¶ Episcopi duo simul in uno loco & diocesi esse non possunt. c. quoniam in plerisque. eod. tit. ¶ Episcopus ad aliam dignitatem sine Papæ licentia transire non potest. c. licet. de translat. Episcop. ¶ Episcopus res Ecclesiæ sine consensu Capituli alienare non debet. c. 1. de his qua fiunt à prælat. sine consens. capit. ¶ Episcopus nihil juris sibi in Monachos constituat, nisi disciplinæ causâ. cap. 1. de stat. Monach. ¶ Episcopus potest alicujus dignitatis proventus detinere vel beneficia, si sua Ecclesia onerata sit. cap. ut nostrum. ut Eccles. benef. sine dñm. confer. ¶ Episcopus potest alteri inferiori committere quæ jurisdictionis sunt, non quæ sunt ordinis. c. aqua benedicta. de consecrat. Eccles. ¶ Episcopus iudicio sanguinis nec consentire, nec interesse debet, alioquin removetur. cap. ex literis. de excess. prælat. ¶ Episcopus non potest augere pensiones sine consensu Capituli sui,

vel Papæ. c. pastoralis. de his qua fiunt à prælat. ¶ Episcopus nec debet nec potest personatum vel dignitatem habere in alia Ecclesia. capit. post electionem. de concess. præb. ¶ Episcopus potest ex causa Clericum ligandum & capiendum curare. capit. dilectis. de appellat. ¶ Episcopus vices suas sub annuo censu committere non debet. cap. quærelam. ne prælat. vices suas. ¶ Ad Episcopum spectat animarum cura. capit. ultim. de verbor. signific. in 6.

de Eremitis. c. 1. §. fin. de excessib. Prælat. in 6. 19. q. 3. c. perlatum. §. econtra.

Error facti nulli nocet, negotio nondum definito. c. ex parte Abbatis. de confess.

de Evangelio & lege. 23. q. 4. c. hæc autem. §. ex his omnibus. usque ad fin. c. cum in lege.

Eucharistia in fine pœnitenti non denegatur. c. ult. de sepult. nec etiam tempore interdicti. c. quod inter. de panit. & remiss. ¶ Eucharistia ad minus semel in Pascha accipitur, nisi de consilio Sacerdotis quis abstineat. c. omnibus. eod. tit.

No n ex Eventu, sed ex consilio facta æstima. dist. 47. c. sicut. §. fin. cum duob. cc. sequentibus.

Evicta re, quando nequit emtor de evictione agere. cap. si venditori. de emp. & vendit.

Evidens. c. constitutionem. 2. in princ. de verb. signific. in 6.

Examinatio ad quem pertinet, ad quem confirmatio. cap. venerabilem. de elect. ¶ Examinari debet postulatio, sicut & electio. cap. ult. de translat. ¶ Examinatio à non suo iudice non valet. cap. bona memoria. de elect. ¶ Examinanda sunt miracula per testes, & qualiter. c. venerabili. de rescript.

Exceptio æquæ ac actio à iudice est attendenda, etiam si simpliciter iudici cognitio mandata sit, certâ formâ expressâ: hoc enim casu videtur, quod exceptiones non debeat admittere. cap. ex parte. 23. de offic. delegat. Nisi ita causâ sit delegata, ne iudex ulla exceptiones admittat. dist. cap. 13. versic. nisi exprimat. ¶ Exceptio multò magis illi competit, cui competit actio. cap. qui ad agendum. 71. de reg. jur. in 6. ¶ Ei tamen denegatur exceptio, qui eodem crimine laborat quod objicit. capit. cum Ecclesiastica. 3. de exceptionibus. capit. constitutis. 23. de appellationibus. capit. pro illorum. 22. de præbendis. cap. intelleximus. 6. §. quod si prædicto. & cap. ult. in fine. de adulterio. 22. quæst. 6. capit. nihil iniquius. vide tamen cap. dilecti. 8. de exceptionibus. ¶ Exceptionem objiciens non videtur de intentione actoris confiteri. capit. exceptionem. 63. de regul. jur. in 6. & capit. cum venerabilis. 6. de exceptionibus. ¶ Qui Exceptione usus est, eo contra quod excepit, postea uti pro se non potest. capit. cum olim. 19. versic. licet enim. de confib. ¶ Non est in mora, qui Exceptione se potest uteri. capit. non est. 60. de regul. juris. in 6. ¶ Nemo pluribus Exceptionibus uti prohibetur, quamvis diversæ sint. cap. nullus. 29. de reg. jur. in 6.

Exceptionem

Exceptione Doli submovetur, qui petit quod est restitutus. c. dolo. 59. de reg. jur. in 6.

Exceptio Ignorantiae datur, si quid errore vel ignorantia gestum est. exemplo cap. Apostolica. 9. in princ. de Clerico excommunicat. de differentia inter errorem & ignorantiam. dist. 38. cap. quamvis. ubi errare dicitur, qui putat se scire quod nescit. Is autem qui ignorat, non putat se scire: sed fallit supradicta regula, si juris, non facti fuerit ignorantia: illa enim non praestat exceptionem vel excusationem. cap. ignorantia. 13. de regul. juris. in 6. r. quasi. 4. c. turbatur. §. notandum. & §. item ignorantia. si tamen non crassa aut supina, sed probabilis fuerit ignorantia juris, excusat. capit. ultim. in princ. de const. in 6. item si agatur de damno vitando. d. §. item ignorantia. vers. juris civilis. sed si in delictis juris ignorantia praetendatur, hoc casu ad evitandam poenam probabilis juris ignorantia excusationem non praestat. dist. §. item ignorantia. vers. non ita si delictum. item si foemina vel miles ignoraverit, excusatur, nisi jus naturale mulier vel miles ignorasse dicatur. dist. §. item ignorantia. in princ. item si quis in jus alterius succedens jus eius ignoret, exceptio ignorantiae ei prodest. capit. cum quis. 14. de regul. jur. in 6. item Exceptio ignorantiae non prodest, si crassa & supina fuerit facti ignorantia, hominis nimirum securi. capit. ult. vers. dum tamen. de const. in 6. Planè hoc casu dispensari potest. cap. Apostolica. 9. §. caterum si forte. de Clerico. excom. praeterea dicta exceptio non prodest, si culpa ignorantis acciderit, quo minus sciverit: vel si voluntaria sit ignorantia. dist. 37. capit. ultim. & dist. 38. in princ. si tale sit factum, quod oportuit ignorantem scire. r. qn. 4. cap. turbatur. §. notandum. c. quamvis. 10. de regulis juris. Nisi minor sit aetate. d. q. 4. cap. ult. §. finali.

Exceptio Peremptoria ante litem contestatam frustra opponitur. cap. 1. cum cap. sequente. de lris contestat. in 6. Licet tamen eam in initio lris contestari. 3. quasi. 3. cap. ult. §. fin. & quasi. 6. cap. si quis Episcoporum. in fin. **Vis Exceptionis** est, non ut condemnatur actor in id quod in exceptione deducitur, sed ut actionem excludat. cap. 2. de ordine cognitionum. cap. 1. de exceptionibus. **Exceptio falsi procuratoris** & ante & post sententiam admitti potest. cap. in nostra. de procur. Similiter de literis falsis. capit. cum venerabilis. de exception. **Excipiens contra electum** de calumnia jurare cogitur. capit. cum dilectus. de elect. **Exceptio excommunicationis** in qualibet parte lris opponi potest. cap. exceptionem excommunicationis. de excep. **Exceptio excommunicationis publicae** repellit Judicem ab officio suo. ibid. **Exceptio contra istem** ante sententiae definitionem probanda. c. 1. de exceptionibus.

Excommunicationis definitio. r. quest. 3. c. ad mensam. §. vel sententia. **Excommunicatione** nulla major poena est in Ecclesia. 24. q. 3. cap. corripitur. vers. quia poena. **Excommunicatio** debitoris exceptionem ei non praestat. c. si veri. 34. vers.

cum ad hoc debitum. de sent. excom. **Medicinalis**, non mortalis est poena. capit. 1. in princ. de sentent. excommunicat. in 6. 24. quasi. 3. cap. notandum. in fine.

Quinam excommunicationem incurrant.

Excommunicationem incurrit, qui percussorem Clerici defendit, vel cum possit, cum a percussione non prohibet. cap. quanta. de sentent. excommunicat. **Excommunicationis poenam** ipso facto incurrunt etiam molestantes eos, qui electionem, vel beneficiorum collationem secundum eorum petitionem non fecerint. cap. sciam cuncti. 12. de elect. in 6. **Item Principes** vel alii licentiam dantes occidendi vel male excipiendi eos, qui proferunt & divulgant sententiam excommunicationis, suspensionis sive interdicti contra ipsos, nisi re integrâ octo dies revocerint sententiam, vel res ablatas propter hoc restituerint, excommunicationis sententiam incurrunt, in qua si permanferint per duos menses, absolvi nisi per Papam non possunt. c. quicumque. de sent. excom. lib. 6.

Excommunicationis forma.

ult. Exemplum horum proponitur. *dict. quæst. 9. capit. penult.* admittitur tamen in matrimonio ex fallâ causâ dirempto, *dict. cap. loci nostri. §. aliud est.* si ex Falso instrumentis sit iudicatum, nulla sententia est. *capit. cum venerabilis. 6. §. licet autem. de exceptionibus. c. super eo. 2. de crimine falsi.* §. Item si ex Falso testimonio testibus corruptis sit iudicatum. *c. licet nobis. 9. de testibus. cap. cum 1. & A. 22. de re iudic. quod fallit, si non probetur iudicem falsi testimonii fidem secutum in pronuntiando. dict. cap. 22. versic. vel licet de hoc constaret.* §. si Fines suæ jurisdictionis iudex in ferenda sententia excesserit, nullitas est. *dict. cap. prudentiam. 21. in princ. versic. mandati siquidem. 2. quæst. 6. cap. ult. §. item cum certa. quod fallit, si sententia nihil iniquitatis habeat. c. causam. 14. de re iudic.* §. si Gravatus ob vim sibi factam appellare non potuit, sententia nulla est, quod probatur sub conditione. *capit. ult. de appellat. item si gravatus iter ad Papam arripuerit, sententia annullatur. c. unico. de Clericis peregrinantibus.* §. si iudicatum contra aliquem postquam protectioni superioris quis se subiecit, iudicatum non valet. *cap. ad audientiam. 34. de appellationibus. item si contra sententiam prius dictam iudicatum sit. 2. quæst. 6. cap. ult. §. item si sententia. quod fallit si antea dispensativè iudicatum sit. 35. quæst. 9. cap. sententiam. item fallit, si exceptio rei iudicatæ ante posteriorem sententiam non fuerit opposita. capit. inter monasterium. 20. de re iudicata. si iure nullo sententia nitatur, non valet. *dict. quæst. 3. capit. cui est. item De re iudicata. cap. inter ceteras. 9. Cujus exemplum habetur capit. non potest. 3. & capit. labor. 7. eodem titulo. Nisi per triginta annos à morte iudicis numerandos res ex iniusta sententia sit possessa. 16. quæst. 3. capit. si Sacerdotes.* §. si contra Leges vel Canones sententia sit lata, nulla est. *capit. 1. de re iudic. capit. adversus. 7. §. quia verò nec sic. de immunitate Ecclesiar. 2. quæst. 6. capit. ultim. §. item si sententia. quod fallit primo, si contra jus litigatoris magis quàm contra expressas leges sententia lata sit, quasi in hoc casu lex locum non habeat. *dict. §. item si sententia. versic. si verò contra iur. capit. cum inter. 13. de re iudicata. item fallit, si ex consuetudine contra jus commune scriptum sententia lata sit. item fallit si in causa Clericorum ex iure Pontificio contra jus civile sententia sit lata. capit. quod Cleric. 9. de foro competenti. Quarto fallit, si Papa dispensativè contra jus pronuntiaverit. capit. in causis. 19. in fin. de re iudicata. Postremo hoc loco notanda est divisio iniustæ sententiæ trimembris, que habetur. 11. quæst. 3. capit. Episcopus. §. ad hoc respondendum.* §. si regio Metu vel potentioris iussu sententia lata sit, nulla est. 11. quæst. 3. capit. iniustum. §. si Noctu sit pronuntiatum, non valet. *capit. consuluit. 24. §. ne verò. de officio delegati.* §. si Nova Instrumenta post sententiam latam in causa sint inventa, sententia non est nulla. *capit. inter monasterium. 20. versic. cum sub pretextu. & c. suborto. 21. §. fin. de re iudicata.* §. si Ordinaturis non servato iuris ordine sit iudicatum, non valet. 2. quæst. 1. in princ. c. prohibentur. §. fin. 9. 5. c. ultim. §. item sent. circa. 11. quæst. 3. c. Episcopus. C. ad hoc respon. versic. sed non ex ordine. capit. servetur.**

§. fin. c. coriam. Exemplum hujus exceptionis habetur c. exhibitio. 19. de iudicis. c. cum dilectis. 17. §. his igitur & alius. versic. præsmissis iuris ordine. de purgat. canonica. Contradictio 11. quæst. 3. cap. non solum. §. cum ergo. sed fallit supradicta definitio, si causa sit manifesta seu notoria. *dict. cap. prohibentur. §. fin. versic. hæc de illis intelligenda sunt. Hujus exemplum proponitur cap. ad petitionem. 22. de accusacione. c. quoniam. 10. de filiis Presbyterorum. Notorium autem dicitur tribus modis, per sententiam, per confessionem, & per evidentiam rei. *cap. ult. de cubitu. Cler. sed contra non valet sententia, si iudici tantum causa sit manifesta, non etiam aliis. 2. quæst. 1. cap. multi. cum cap. sequent. vel si causa aliis nota, iudici sit incognita. dict. quæst. 1. capit. Deus. vel si reus factum neget. dict. capit. Deus. §. quando autem crimen. secundo fallit & sententia valet etiam iuris ordine non servato, si iudex iuramentum præstiterit, quod in omni causa ordinem iudicarium sit observaturus: quod tamen reprobat. *cap. ad nostram. 21. de iurjur. item tertio fallit & sententia valet, si causa sit Ecclesiastica beneficiæ, decimarum, matrimonialis, usurarum & similis: in huiusmodi enim causis de simplici & plano absque iudiciorum strepitu procedendum. Clement. dispensacionem. 2. de iudicis. Quod & ad matrimoniales causas atinet. Concordat cap. 1. §. consultationi vestre. ut litu non contestat. Quarto sententia valet, si causa iudici ita commissa sit, ut simpliciter & de plano, & sine strepitu ac figura iudicii procederet. Quæ replicatio approbatur simul & declaratur Clement. ult. de verb. signific. aliàs si Papa iudicaverit ordine non servato, sententia nulla esset. *cap. in causis. 19. de re iudic. denique sententia valet etiam iuris ordine non servato, si quis in hæresin jam damnatam incidit: hic enim ipso facto pro excommunicato habetur, etiam sententia non interveniente. 24. quæst. 1. in princ. cum tribus c. sequentibus.* §. si Rescriptum sit à Papa contra sententiam, nihilominus sententia valet. *capit. ea. quæst. 4. de re iudic.* §. si post Revocationem delegationis iudicatum sit non valet: nimirum si iudex superior causam ad se revocasset. *capit. ut nostram. 56. de appellationibus.* §. si fatiscere condemnatus sit paratus, nihilominus sententia valet. *c. cum aliquis. 6. de re iudic.****

Nundinæ in templis vel coemeteriis celebrantur. *c. decet. 2. §. cessent in Ecclesiis. de immunit. Ecclesiar. in 6.*

Nuntii malitia non obest domino. *c. significante. de pig.*

Nuptiæ ab obnubendo dictæ sunt. *30. quæst. 5. c. nec illud. in princ.* Definitio. *27. quæst. 2. in princ. §. sunt enim. 29. quæst. 1. in princ. In fin. de patria potestate. §. 1. quæ declaratur d. quæ 2. c. beata. §. individualia.*

Obedientia. *8. quæst. 1. cap. sciendum. 11. 9. 3. cap. non semper. c. si dominus. cap. quid ergo.* §. Obedientia ab Abbate Episcopo præstita sine Conventus consensu non valet. *capit. cum dilectus. de religiof. dominus.* §. Ab obedientia sui Episcopi non absolvitur subditus

subditus Papæ. *capit. per tuas. de majorit. & obedient.*
 ¶ Obedire non tenentur inferiores a superiore
 exempti. *capit. inier. eodem tit.* ¶ Obedientiæ jura-
 mentum debet a contumacibus exigi. *capit. cum in*
Ecclesiis. eodem titulo. ¶ Non obedientes Præla-
 tis suis de Ecclesia debent eici. *ibidem.* ¶ Obe-
 dire tenentur tam Laici, quam Clerici, Abbati ju-
 risdictionem habenti. *capit. dilecta. eodem titulo.*
 ¶ Obedientiæ formam ab Abbate Episcopo præ-
 standæ vide *cap. ne Dei. de simon.* ¶ Ad obedi-
 entiam plenam quæ exigantur. *capit. his qua. de*
majorit. & obed.

Oblationes. *c. causa. 13. §. oblationes. &*
cap. cum inier. 29. de verb. si-
gnific. 12. quest. 1. cap. videntes. vers. ipse enim. & Ob-
 lationum appellatione continetur, quicquid dona-
 tur Ecclesiæ vel mobile vel immobile in Ecclesia
 vel etiam extra Ecclesiam. *d. cap. cum inier. nos. 29.*
de verb. significat.

Quorum Oblationes non recipiendæ.

Oblationes Dissidentium fratrum non accipien-
 dæ. *distinct. 90. capit. oblationes. cap. neque.* ¶ Ob-
 lationes Excommunicati vel pro-excommunicato
 factæ, non sunt recipiendæ. Sed & hujus regu-
 læ exceptio est: Nisi excommunicatus penitens,
 antequam absolveretur, morte fuerit preventus,
 dum Sacerdotem invenire non potuit. *26. quest. 6.*
cap. si aliquis in princ. & quest. 7. 2. Sacerdos. §. peni-
tentes vero. ¶ Oblationes ejus qui Filium suum
 Exheredaverit, non accipiendæ. *17. quest. 4. capit.*
ult. in princ. ¶ Oblationes Injustorum non
 accipiendæ. *dist. capit. scriptum.* ¶ Oblationes
 eorum qui Pauperes opprimunt, non accipiendæ.
dist. capit. oblationes. & capit. eorum. ead. distinct. 90.
 ¶ Oblationes ex rebus Turpiter quæsitis non ac-
 cipiendæ. *14. quest. 5. cap. immolantis.* Contra-
 dicit *dist. quest. 5. cap. scriptum. §. eorum.* Solvitur
 hæc objectio *ibid. c. seq.*

femel Oblatum Deo, non est revocandum nec re-
 tinendum. *17. q. 4. cap. sunt qui opes. cum cap. seq.*
Sacrilegium. 13. q. 2. c. Cler.

Obligatio ex illicito facta non nascitur.
c. quod latenter. 5. de regul. juris.
 ¶ sed ex contractu & quasi contractu, maleficio
 & quasi maleficio regulariter oritur obligatio si-
 mul & actio: Nisi jussu Magistratus fecerit. *capit.*
quod quis. 24. de regulis juris. in 6. item Nisi sciente
 & consentiente adversario hæcerit. *c. sciens. 27. dist.*
iii. in 6. ¶ Obligatio turpis nec de facto, nec de
 jure valet. *cap. ult. de pact.* ¶ Obligatio pro Ec-
 clesia facta successorem obligatum habet. *capit. 3.*
de solut. ¶ Obligans Ecclesiam pro debitis alien-
 nis, ipso facto ab administratione temporalium &
 spiritualium est suspensus, nec ad solutionem ejus
 Ecclesia tenetur. *capit. 2. eodem.* ¶ Obligatus
 non est successor pacto antecessoris irrationabili,
 qui precario bona Ecclesiæ concessit. *capit. 2. de pra-*
car. ¶ Obligatio ad eum transit, qui emolimen-
 tum recipit. *capit. ex litoris. de pig. quia cum onere*
 suo transit res ad suum possessorem. *capit. 1. de Ec-*
cles. adific.

in **Obscuro** id sequendum, quod legibus
 contrarium non est. *capit. ult.*
in fin. dist. 14. vide supra in Dubio.

Odio alieno alter non debet prægavari. *capit.*
non debet. 21. d. tit. 1. q. 4. in princ. cum cc.
sequentib. usque ad q. 5.

Oeconomi non sunt constituendi Laici,
 sed Clerici. *16. quest. 7. capit.*
in nova.

ad **Officia** publica Pagani non sunt admit-
 tendi, vide infra in Pagani.

Officialis ex generali commissione non
 potest inquirere, corrigere, de-
 ponere & punire subditorum excessus. *capit. licet. 2.*
de officio vicari. in 6. nec beneficia conferre potest.
c. ult. eod. tit.

Oleum consecratum potest admisceri non
 consecrato, & totum erit consecra-
 tum: simile est de aqua benedicta. *capit. quod in du-*
bis. de consecr. alt.

de **Operibus.** *de penitent. dist. 3. c. pium est.*
c. si quando. cap. cavendum. c.
quid ergo. cap. ult. in princ. de consecr. dist. 5. cap. nihil
enim. cum duob. cc. sequentibus.

Opus novum si alicui nuntiatum fuerit, per
 tres menses ab onere desistere debet. *c.*
fin. de op. nov. nuntiat. ¶ Opus novi nuntiatio
 facit, ut quicquid post eam constructum fuerit, de-
 moliri debeat, idque expensis ipsius constructoris.
c. cum ex injuncto. de oper. nov. nuntiat.

de **Opinionibus** doctorum. *distinct. 2.*
cap. responsa. Hæ ho-
 die probabilem tantum obtinent auctoritatem,
 non necessariam. *dist. 9. cap. nisi meis. c. negare. capit.*
ego solus. c. nisi frater. c. neque quorumlibet. item dist. 29.
in princ. cum c. sequente.

De Orationibus.

in **Oratione** præmittatur præfatio, Sur-
 lum corda, de consecrat. *dist. 1.*
capit. quando. ¶ Genua flectenda, vel prostra-
 to corpore orandum. *26. quest. 7. capit. Sacerdos.*
 ¶ diebus etiam remissionis. Nisi in die Dominico,
 & per omnes dies Paschæ usque ad Pentecostem:
distinct. 30. cap. ult. §. similiter. distinct. 76. cap. scire
debet. in princ. vers. neque ad exorandum. item De con-
secrat. distinct. 3. capit. quoniam sunt. ¶ Non ver-
 bistantium, sed & corde orandum. de consecrat. *di-*
stinct. 2. capit. non mediocriter. & dist. capit. quan-
do. ¶ Ut oratio Domine matutinis & vesper-
 tinis subjungatur. de consecrat. *distinct. 5. capit. id sem-*
per. ¶ De oratione pro seculari potestate ha-
 benda. de consecrat. *distinct. 1. capit. de hymnis. §.*
componuntur.

Oratoria campanas habere non possunt si-
 ne Episcopi consensu. *c. patenti-*
bus. de privileg.

Oratoria privata permittuntur certo modo. de
 consecrat. *distinct. 1. c. unicuique.* ¶ In oratoriis
 privatis campanæ publicæ haberi non debent. *cap.*
patentibus. 10. de privileg.

Ordo clericalis per primam tonsuram confer-
tur. *cap. cum contingat. de etat. & qua-
lit. ordin.* § Ordinis susceptionem probet adve-
na, antequam admittatur vel ulterius promovea-
tur. *capit. inter. de Cler. peregrin.* § Ordinatus ab
Episcopo, sine titulo, ab eodem sustentetur. *capit.
non liceat. de prabend. & dignitat. & capit. Episcopus
si aliquem eodem titulo.* § Ordinatus ab Episco-
po qui cessit, quando ministrare possit. *capit. 1. de
ordin. ab Episc.* § Ordinati extra statutum tem-
pus, ministrare possunt post poenitentiam pera-
ctam. *capit. consultationi. de tempor. ordin.* § Cum
furtive ordinato potest Episcopus dispensare, si non
sub excommunicatione prohibitus accessit, alias
non dispensat, nisi religionem intret. *capit. inno-
cent. de eo qui furtiv. ordin.* § Non ordinatus mi-
nistrans, nunquam ordinetur. *capit. ex literis. de
Cleric. non ordin.* § Ordinatus à Papa non est
ideo à Prælati sui jurisdictione exemptus. *capit. per
tuas. de majorit. & obedient.* § Ordinem Subdia-
conatus à Papa recipiens non potest sine eius licen-
tia ab alio ulterius promoveri. *capitul. cum qui-
dam. de tempor. ordin.* § Ordinatus in apolla-
sia quando ministrare possit. *vide in cap. ex parte.
eodem titulo.*

*Quinam ordinari debeant vel possint
& quomodo.*

Ordinari non debent spurii. *capit. per venerabilem.
qui fil. sint legitim.* § Defectus genitalium ordi-
nandum removet. *capit. significavit. de corp. vi-
tias.* § Ordinari non debet servus, nisi manu-
missus. *capit. 1. de serv. non ordin.* Item nec infam-
is ante purgationem. *capit. non debet. de testibus.*
Item nec poenitentes publici. *capit. 1. de bigam.* I-
tem nec ad ratiocinia obligati. *capit. ad ratiocinia.
de obligat.* Item nec membris mutilati. *capit. expo-
sisti. de corpor. vitias.* § Ordinari potest quis
ad suum patrimonium. *capit. suis questionib. de prab.
& dignit.* § Ordinem Subdiaconatus confert
solus Papa, die Dominicâ. *capit. 1. de temp. ordin.*
§ Ordines omnes quando conferri possint. *vide
de ibidem.* § Ordines minores possunt Episcopi
conficere die Dominicâ & festis præcipuis. *ibi-
dem.* § Ordinem suscipiens die non debito, est
ad Papam mittendus. *capit. cum quidam. de tempor.
ordin.* § Ordinem recipientis sine ætate legiti-
ma, & conferentis poena. *capit. vel non est compos.
eodem titulo.* § Ordines sacri duo unâ die con-
ferri non possunt, & poena conferentis habetur in
capit. dilectus. eodem titulo. § De ordinis sub-
stantia non est tempus, impedit tamen executionem.
capit. consultationi. de temp. ordin. § Prælati
& beneficiati ordines sacros recipiant, vel amo-
veantur. *capitul. cum in cunctis. de elect. & capit.
quæris. de etat. & qualis. ord.* § Ordines duos
uno die recipiens est suspendendus, potest tamen
cum eo dispensari poenitentia peractâ. *c. 3. de eo qui
furt. ord. suscept.*

Ordinarius non potest restituere posses-
sionem contumaci, contra
quem missio in poss. facta est à delegato. *capit. pa-*

storalis. de offic. deleg. § Ordinarius potest ex of-
ficio suo cogere partes, ut stent justo arbitrio, &
pareant sententia arbitratorum. *capitul. 2. de arbitr.*
§ Ordinarius non tenetur obedire delegato, nisi
ei de commissione constet. *capit. cum in iure. de of-
fic. judic. deleg.* § Ordinario non exequente ju-
diciis delegati sententiam, ipse delegatus exequi po-
test. *capit. significasti. eodem titulo.* § Ordinarius
retractare debet iniquam sententiam à iudice dele-
gato in causa matrimoniali latam. *capit. significa-
vit. eodem titulo.* § Ordinarius iudicis delegati
sententiam exequi tenetur. *capit. in literis. de offic.
judic. deleg.* § Ordinarius excommunicare po-
test, injuste à delegato absolutos. *capit. ex parte. de
offic. judic. ordin.* § Ordinarius major est delega-
tus Papæ, quatenus ad causam sibi commissam. *capit.
pastoralis. eodem tit.* § Ordinario præjudicium
facere non cupit Papa per mandatum suum. *c.
licet. eod. tit.*

Opprimentes pueros nocte qualiter pun-
niendi, *vide in c. ult. de iis
qui fil. occid.*

Ostarius, & de nomine & officio ostiario-
rum. *dist. 21. cap. 1. §. fin. dist. 27.
c. 1. §. ad ostiarium.* § Ne ostarius orario utatur,
dist. 23. c. non oportet.

P.

Pactum quid sit, *cap. pactum. 11. de verb. si-
gnific.* § Pactum legis commul-
foria in pignoris contractu prohibetur. *c. significan-
te. 7. de pignorb.* § Pactio privatorum, legi con-
traria, nullius est efficacia. *c. si diligenti. de for. com-
pet.* § Pactum quod ab initio non valuit, per su-
perioris ratihabitionem valet. *capit. quoties. de pact.*
§ Pactum turpe vel impossibile nullum ligat. *ca-
pit. ult. de pact.* § Pactum generale, ne de crimi-
ne agatur, non valet. *c. quemadmodum. de iurejur.*

Pædagia & vectigalia nova sine consensu
principis imponere non licet. *cap.
immovamus. 10. de censib. vide infr. in Pedagia.*

Paganis prædicant, possunt cibis ab ipsis
appositis vesci. *capit. quam sit. 10.
in princ. de iudicis.* § Ut iis qui idonei sunt, per-
mittatur Paganis prædicare. *dist. cap. 10. §. insuper.*
§ Ne Pagani ad officia publica admittantur. *cap.
cum sit. 16. §. fin. eod. tit.* § Pagani constitutioni-
bus Ecclesiæ non subjacent. *c. gaudemus. de dyvni.*
§ Paganis arma vendentium & auxilium venden-
tium poena. *c. quod olim. de iud. & Sarracen.*

Pallio uti potest Archiepiscopus intra quam-
libet Ecclesiam suæ provincie. *capit. 1.
de usu pall.* § Pallium novum habebit transiens
ad novum Archiepiscopatum. *capit. bona memo-
rie. 2. de postul.* § Pallium alteri Archiepisco-
po accommodari non debet. *capit. ad hac. eodem
titulo.* § Pallio non utendum extra Ecclesiam,
ut in processione & similib. *cap. 1. eod. tit.* § In
pallio debet Archiepiscopus sepeliri. *capit. 2. eodem
titulo.* § Pallio consequitur quis plenitudinem
officii, nec prius Archiepiscopus appellari debet.
c. nisi specialis. de usu pall. § Pallium quid signi-
ficet,

habet, vide in cap. ad honorem, eod. tit. ¶ Pallio femper & ubique solus utitur Papa. *ibidem.* ¶ Pallio non utatur Archiepiscopus extra suam provinciam, nisi ex privilegio speciali, & de licentia eius, in cuius Ecclesia celebrat. *capit. ex tuarum, eodem titulo.* ¶ Pallio utendum in festis præcipuis, & diebus privilegiatis Ecclesie suae concessis. *capit. ex tuarum, eodem titulo.* ¶ Pallium Archiepiscopis dandum accipitur de corpore Sancti Petri. *capit. significasti, eodem titulo.* ¶ Pallium recipiens fidelitatem iurare tenetur. *ibidem.* ¶ Sine pallio non licet Archiepiscopo confirmatio convocare Concilium, conficere chrismam, &c. *capit. quod fieri, & cap. præterea, de elect.* ¶ Pallium conferre possunt principales Patriarchæ Suffraganeis suis. *capit. antiqua, de privileg.*

de Papa. *distinct. 21. cap. 1. §. Pontifex.* ¶ Papa solus potest supra jus dispensare. *c. proposuit, de concess. præb.* ¶ Papæ soli reservatur translatio Episcoporum, & depositio. *cap. inter corporalia, de translat.* ¶ Papa de hereditate iudicare potest ratione fidei. *capit. Iudai, de Iud.* ¶ Papa potestatem habet à Deo, Imperator à Papa. *cap. novit, de Iud.* ¶ Papa ejusdem est potestatis, cuius & beatus Petrus. *capit. illud dominus, de major. & obed.* ¶ Papa Principem secularem deponere potest. *cap. ad abolendam, de hæres.* ¶ Papa potest legitimare illegitimos. *cap. per venerabilem, qui filii sine legitimi.* ¶ Papa solus Episcopos fratres suos in literis nuncupat. *c. quam gravi, de crimin. f. l. f.* ¶ Papæ potest cum ratione obviari, etiam absolute iubeat. *c. si quando, de rescript.* ¶ Contra Papæ voluntatem nemo jus in beneficiorum collatione habet. *capit. dilectus, de præb.* ¶ Papa solus canonizat sanctos & sanctorum reliquias. *ibidem.* Idem solus Laico concedit jus eligendi in Ecclesia collegiata. *capit. nobis, de iure patron.* ¶ Papa solus causas committit appellatione remota. *capit. super quæstionem, de offic. deleg.* ¶ Papa solus major est omni Concilio, omnino statuto. *capit. significasti, de elect.* ¶ Solus Papa Dei vicarius in terris esse videtur, nullusque major. *capit. licet, eod. tit. & c. quando, de translat.* ¶ Solus Papa dispensare potest, ut filii Presbyterorum Ecclesias paternas immediate habeant. *cap. dilectus, de filiis presb.* ¶ Papa solus unit & dividit Episcopatus. *de translat. per 10. tit.* ¶ Solus Papa sententiam definitivam mutare potest. *capit. cum olim, de sentent.* ¶ Papa successoris suo legem imponere non potest, nec potestatem eius limitare. *c. innovavit, de elect.* ¶ Papa cognoscere debet de causa natalium. *c. tuam, de ordin. cognit.*

Paria sunt quid factum non esse, & inutiliter esse factum. *c. non præstat, 52. c. que contra, 64. & c. in malis, 69. de reg. juris, in 6.* ¶ Paria crimina pari compensatione tolluntur. *cap. pen. & ult. de adult.* ¶ Par in parem non habet impetium. *c. innovavit, de elect.*

De Parochi ordinatione.

Parochus non est ordinandus, nisi in factis constitutus, qui ad minus

sit Subdiaconus. *cap. præterea, 5. de acate & qualitate.* ¶ Non nisi idoneus moribus, scientia, & qui vicissimum quintum annum ingressus est, in parochum est ordinandus. *capit. licet canon, 14. de electione, in 6.*

De Parochi officio.

Parochus ordinatus residere personaliter tenetur. *dist. cap. licet tamen, 14. §. is etiam.* ¶ Parochus ordinatus intra annum Sacerdos fieri debet, sub pena privationis. *dist. §. is etiam, vers. & intra annum.* Nisi sit Ecclesia collegiata. *capit. statutum, 22. eod. tit.* item Nisi Episcopus loci cum parochio studiorum causa dispensaverit. *capit. cum ex eo, 34. eod. tit.* item Nisi annus nondum sit completus. *capit. commissa, 35. in princ. eod. tit.* item Nisi ex iusta causa fuerit impediens, quo minus intra annum parochus sit factus. *dist. cap. 35. §. annus autem.* item nisi anno elapso eadem Ecclesia eidem rursus conferatur, quod reprobat. *dist. capit. 35. paroch. denique si intra annum Sacerdos factus non sit, præter privationem, fructus quoque perceptos restituere tenetur, & ordinator Ecclesiam debet prestare indemnem. dist. capit. 35. §. ceterum.* ¶ Ne parochialem Ecclesiam parochus alicui non constituto in legitima ætate & Sacerdotio, neque ultra sex menses commendet. *capit. nemo, 15. de electione, in 6.*

Parochianum alterius nullus Episcopus iudicat. *cap. nullus, de paroch.* ¶ Parochianum alterius non admittat Presbyter ad divina. *cap. ut dominicus, eodem tit.* ¶ Parochianum alterius non absolvat Presbyter, sine eius petita licentia. *capit. omnis, de penitent. & remiss.* ¶ Parochie non dividantur sine consensu Episcopi. *capit. avaritia, de præbend.*

Parochialis Ecclesia debet habere aliquid de bonis parochiani, etiam alibi sepult. *c. relaxatum, de sepult. & c. de his, ibid.* ¶ Parochialis Ecclesia nulli debet conferri, qui personatum vel dignitatem habeat cum cura, alioqui non tenet ipsa collatio ipso facto. *c. nemo, de offic. Iud. ordi. lib. 6.*

Pater. *capit. nam & Rex, 2. de verb. significat. cap. si quis reliquerit, etiam si ex iusto matrimonio sint nati. c. cum haberes, 5. §. fin. in fine, de eo qui dicitur in matrimonium quam polluit per adulterium.* ¶ Pater filium Castigare debet, quod est charitatis. *23. quæst. 5. c. non pater.* ¶ Pater conveniri non potest pro filio, neque tenetur. *cap. ult. de delictis pueror. item 1. q. 4. c. Iudai, in fin.*

Patria potestas solvitur, si Alimenta pater denegavit, vel si pater filium languidum Exposuit. *c. unicus, de infans. & Languidis exposuit.* ¶ Episcopalis dignitas filium à patris potestate liberat. *dist. 54. capit. si servus sciente, §. sed & jus patriæ.* ¶ Hæretici liberos suos in potestate sua non habent. Idcirco emancipatio ab his facta nihil operatur. *c. quicumque, 2. §. fin. de hæreticis, in 6.*

de Patriarchis & de loco & origine Patriarcharum, *distinct. 99. c. 1. & dist. 80. c. 1. cum c. seq.* ¶ Definitio realis. *dict. distinct. 99. cap. nulli.* ¶ De nomine & speciebus Patriarcharum. *distinct. 21. cap. 1. §. Patriarcha Græca. & §. Patriarcha patrum Princeps.* ¶ Patriarcha & Primas nomine tantum, non re differunt. *distinct. 99. in prin. §. primates. & c. 1. vers. nostros Patriarchas.*

Patronus efficitur quis Ecclesiam construens de consensu diocesani. *c. 2. nobis. de iure patron.* ¶ Patronus potest quis esse multarum Ecclesiarum. *capit. veniens. de iurejur. an.* ¶ Patronus non disponat de rebus Clerici defuncti. *capit. 2. de success. ab intest.* ¶ Patronus Episcopi jus minuere in Ecclesia non debet. *cap. cum seculum. eodem tit.* ¶ Patronus filium suum vel nepotem sine Episcopi consensu instituire non debet. *capit. consilius. de iure patr.* ¶ Patronus potest ab Ecclesia reditus sibi ab Episcopo constitutos & designatos exigere. *cap. præterea. eod. tit.* ¶ Universalitate vendita, patronatus jus etiam transit, nisi differet excipiatur. *cap. ex literis. eod. tit. & capit. cum seculum. eodem.* ¶ Patronus Laicus neminem sine consensu Episcopi diocesani instituat. *cap. præterea. eodem titulo.* ¶ Patronatus liberè donari potest consanguineo, vendi verò per se non potest, sed cum universalitate solum. *cap. ex infirmatione. & capit. de iure. eodem titulo.* ¶ Patronus Laicus, presentato uno repulsam passus, potest alium exhibere. *capit. pastoralis. eodem titulo.* ¶ Patronus Ecclesie vacante intra quatuor menses provideat, alioqui jus conferendi Episcopus habet. *capit. cum propter discordias. eodem titulo.* ¶ Patroni est ad Ecclesiam presentare, non conferre. *capit. ult. eodem titulo.* ¶ Patronus Clericus seipsum presentare non potest. *cap. per nostras. eod. tit.* ¶ Patroni consensus in electione Prælati requirendus est. *cap. à nobis. eod. tit.* ¶ Patronus honorandus est, & ab Ecclesia fundata sustentandus si egeat. *ibidem.* ¶ Patronatus jus hæredibus dividi non debet. *capit. 1. eodem titulo.* ¶ Patroni si plures fuerint, ille presentatus obtineat, qui plurimorum assensu eligitur, si vita & scandalum non contradicant. *ibidem.* ¶ Patronus Ecclesiam non vacantem alteri conferre non potest. *capit. illud prætereundum. eodem titulo.* ¶ Patronus jus patronatus sine Episcopo dare potest. *ibidem.* ¶ Patronus non sine Episcopo, nec Episcopus sine patrono beneficium conferat. *capit. suggestum. eodem titulo.* ¶ Patroni religiosi non possunt Ecclesiam in proprios usus convertere propria auctoritate. *capit. sicut nobis. de suppl. neglig. prælat.* ¶ Patronatus causa definiri debet per iudicem Ecclesiasticum. *capit. quanto. de iudic.* ¶ De patronatus iure orta questione, neutro conferente, debet Episcopus post sex menses beneficium conferre. *capit. si verò. & capit. eate. de iure patronat.*

Peccati definitio. *15. quest. 1. capit. 1. §. fin.* ¶ Dividitur item peccatum in originale & actuali. *de consecrat. dist. 4. cap. regeneran-*

te. ¶ Dividuntur peccata in mortalia & venialia. *distinct. 25. cap. unum ovarium. §. unde Hieronymus. cum sequentibus, usque ad cap. qui in aliud.* ¶ Alia dicuntur voluntatis, alia infirmitatis. *15. quest. 1. in princip. cap. illa cavenda.* ¶ De tribus generibus peccatorum. *De penitenti. dist. 2. c. sicut tribus. cum sequentibus usque ad cap. super tribus.* ¶ De quatuor generibus peccatorum. *De penitenti. distinct. 2. c. super tribus.*

Pecunia. *1. q. 3. c. totum.*

Pedagia, quidagia, salinaria interdita que. *c. super quibusdam. 25. §. præterea. de verb. signific. vide super in Pedagia.*

Pensionem solvens alicujus rei, ejus præsumitur dominus. *capit. cum venisset. de restit. spoliat.* ¶ Pensio propter sterilitatem terre minuenda est. *cap. propter sterilitatem. de locat. & conduct.* ¶ In pensionis solutione antiqua consuetudo est servanda. *capit. quando creatori. de censibus.* ¶ Pensiones minuere ad Clericorum detrimentum, vel augere, non licet sine Episcopi consensu. *capit. avaritia. de præbend. & dignitat.* ¶ Prælati non potest Ecclesiam ultra vitam suam tempus pensionariam constituere. *c. præterea. de censibus.*

Peremptorie potest quis in prima citatione citari. *c. 1. de dilat.*

de Peregrinatione hæc regula est: non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis benè vixisse, laudandum est. *12. quest. 2. c. gloria. §. penult.* ¶ Peregrinari non debet Clericus sine licentia Episcopi sui, nec Episcopus sine licentia Papæ. *capit. magna devotionis. de vot. & vot. red.* ¶ Peregrinorum res nullus occupet, quia sunt sub Papæ protectione. *cap. 1. de Cler. peregr.* ¶ Peregrinorum privilegio gaudet, qui cautam Papæ agit. *ibidem.* ¶ Peregrinis in via constitutis tempore interdicti poenitentia non est deneganda. *capit. quod in te. de penit. & remission.* ¶ Peregrini Clerici non sunt in Ecclesiis instituendi. *c. 1. de Cler. peregr.*

Perjurus Clericus ab officio & beneficio suspendatur, vel beneficio prorsus privetur. *cap. querelam. de iurejur.* ¶ A perjuro non debet amplius iuramentum accipi. *c. literas. de præsumt.*

de Persecutione. *23. quest. 4. c. qui secundum. c. ille gladium. §. porro. cap. nimium. §. siem si semper. cum sequentibus. item 23. q. 5. c. non vos. 24. q. 1. c. a recta.*

Personalia rescripta vel privilegia personam non excedunt. *c. mandata Ecclesiastica. de rescript.* ¶ Personale delictum in damnum Ecclesie redundare non debet. *c. cum venerabilis. de except.* ¶ Personalis concessio cum persona finitur, realis perpetua est. *capit. cum venisset. de iustit.* ¶ Personatus plures in eadem Ecclesia, vel diversis, nullus habere debet sine sedis Apostolicæ dispensatione. *capit. ad hoc. & c. de multa. de præbend.*

de Pietatis studio. *dist. 47. c. comes.*

Pignus

Pignus recipere potest Praelatus à quolibet possessore. *capit. cum contra. de pign.*
 ¶ In pignoris causa fructus in fortem non sunt computandi, alias censetur usura. *ibid.* Praelatus bona Ecclesie pignori dare non potest pro suis debitis. *c. ex praesentium. de pign.*

ex Pignoris contractu regulariter competit actio pignoratitia & hypothecaria ad perfequendum pignus: Nisi liber homo pignori sit obligatus. *capit. licet. 2. de pignorib. item Nisi extraneas possessor rem usuceperit vel praescripserit. 16. quest. 3. c. placuit ut. §. praescriptionem. vers. non solum. si tamen alius quam qui rem usuceperit vel praescripserit, conveniatur, huic alterius praescriptio non prodest. dict. capit. placuit ut. §. si vero ad alium. versic. nec sibi proderit.*

si Pignori obligata est eadem res duobus vel pluribus, is potior est, qui prior est tempore. *capit. qui prior. 14. de reg. juris, in 6.*

quod semel **Placuit**, amplius displicere non potest. *capit. quod semel. 21. de reg. juris, in 6.*

Plagiariorum poena est, ultimum supplicium. *capit. 11. de foris.*

de **Plebiscito**. Hujus definitio habetur *dist. 2. c. plebiscita. Instit. de jure naturali. §. plebiscitum.*

si **Plus** quis petierit, punitur. *cap. unico. de plus petitionibus. Cui licet quod est Plus, licet utique quod est minus. capit. cui licet. 33. de reg. juris, in 6.*

Pluralis locutio duorum numero contenta est. *c. pluralis. 40. de reg. juris, in 6.*

Pœnarum inventarum ratio, est eam ratio delinquentium. *21. quest. 2. c. placuit. §. fin. 23. q. 4. c. est injusta. §. fin.*

Quibus Poena remittantur vel temperentur.

Qui sine culpa, nisi subsit causa, deliquit, non est puniendus. *c. sine culpa. 23. de reg. juris, in 6.* Sane causa publicorum iudiciorum generalis enumerantur. *De poenitent. distinct. 1. c. am facta.* Animal brutum si commiserit delictum, non punitur. *17. quest. 1. cap. firmissime. §. animalia enim. si Coactus commiserit, punitur. 15. quest. 1. c. merito. si Corruptus reus accusatorem, hoc casu pro convicto habetur. 2. quest. 3. cap. ult. §. in omnib. ¶ si Episcopus commiserit, hic accusari nequit, nec damnari. 11. quest. 3. cap. irritam. c. quest. 1. cap. qui crimen. §. fin. cum cap. seq. 2. quest. 7. cap. accusatio. §. unde liquet. Contradicit d. quest. 7. c. praesumptum. c. si hereticus. §. item quod dicitur. ¶ si Furiosus commiserit, non punitur. 3. quest. 9. c. indicat. 15. quest. 1. in princ. & cap. illud. §. furor. §. meas vero. item c. aliquos. c. illa cavenda. vers. neque enim si per. c. meo qui. §. fin. ¶ si Minor aetate commiserit, non punitur. 15. quest. 1. c. illud. §. fin. c. firmissime. in princ. item c. intelleximus. 2. de delictis puerorum. nisi Minor doli sit capax. *dict. §. fin. vers. nisi ratio sit capax. item c. 1. de delictis puerorum. qui tamen minus propter aetatem punitur. dict. cap. 1. vers. quamvis in eis non sit.**

Ex quibus causis Poena remittatur, vel non.

si Abolitio criminis intervenerit. *2. quest. 3. capit. ult. §. desistisse. vers. abolitio enim.* ¶ si eadem Accusatio antea quoque in iudicium fuerit deducta, vel ejusdem criminis nomine actum, non potest iterum accusari. *capit. de his. 6. de accusationibus.* Nisi prior accusator fuerit praevicatus, vel per collusionem reus absolutus. *capit. ultimum. de collusionem deteg. vel Nisi crimen sit iteratum, de quo postea accusatio instituitur. cap. 1. de poenis.* ¶ si per Coecitatem commiserit, non punitur. Probatum simul & distinguitur. *15. quest. 1. c. illud. §. sed obicitur.* ¶ si accusator Desiderit, reprobat. *cap. 1. & 2. de collusionem detegend.* ¶ si sine Dolo male factum sit, & non injuria gratia. *15. quest. 1. in princ. item §. cum serenitate. item c. non est. item de poenitent. distinct. 2. c. sciendum.* Hujus exemplum proponitur, si ratione officii fecit. *23. quest. 5. c. cum homo. in princ. & dict. cap. ¶ si per Ebrietatem commiserit, non punitur. 15. quest. 1. c. sane diximus. & c. inebriaverunt.* ¶ si per Infirmiorem vel Ignorantiam commiserit, punitur. *15. quest. 1. in princ. §. 1. c. illud. §. itaque ut ex promissis.* Contradicit d. quest. 1. c. illa cavenda. §. quin utiam ipsius. ¶ si Jussu ejus cui parere necesse fuit, commiserit, punitur. *c. quod hinc. 24. de regul. juris. in 6. non de consecrat. distinct. 4. c. quavis a me. in princ.* Contradicit d. quest. 1. c. illa cavenda. §. merito. ¶ si reus mortuus sit, poena extinguitur. *33. quest. 2. c. ad mortem. §. & nunc post mortem. versic. nec a te post.* Nisi de haeresi quis accusatur. *24. quest. 2. cap. poenit. §. fin. cum c. sequente.* ¶ si accusator Mortuus sit, vel ex alia causa impediatur accusationem prosequi. *29. q. 8. cap. ult. §. fin.* ¶ si crimen propositum non fuerit Perfectum, non punitur: quod tamen reprobat. *de poenitent. distinct. 1. c. quisquis. in princ. & c. aut facta. §. eventus. alias si crimen ad actum non pervenerit, non punitur.* Nam cogitationis poenam nemo patitur. *dict. distinct. 1. capit. cogitatio. & capit. cogitationis.* Haec quoque hominem. Nam apud Deum distinctio jam dicta non admittitur, à quo etiam cogitatio punitur. *dict. distinct. 1. c. nunquid. item 17. quest. 1. c. voventibus. 32. quest. 5. c. sic enim. cap. si Paulus. cap. nec solo. c. qui vident. item 32. quest. 7. cap. non solum.* ¶ si crimen commissum sit Vulgare & Usitatum. *23. quest. 4. c. si quis potestatem. §. fin. cum cap. sequente. poena sine culpa (nisi subsit causa) non imponitur. c. sine culpa. 23. de reg. juris, in 6.*

si in hac vita Poenam sustinuerit, justificatus per hoc est in altera vita: approbatur simul & distinguitur. *d. quest. 5. cap. quid ergo. de poenitent. dist. 3. cap. sunt plures. §. auctoritas illa. c. ignis succensus. capit. queras.*

Pœnitentia quid. *De poenitent. distinct. 1. c. ecce nunc. §. poenit. & ult. c. tres sunt. §. est enim poenitentia. c. quis aliquando? §. illud autem. vers. est enim poenitentia. & distinct. 3. c. 1. & c. poenitentia. c. poenitentiam. §. fin.* ¶ Divisio poenitentiae triumbris. *De poenitentia distinct. 1.*

cap. tres sunt. § & divisio poenitentiae bimembris, in veram & falsam. De poenitent. distinct. 3. c. in tantum. §. fin. & c. jelerator. §. 1. § itidem divisio poenitentiae bimembris in interiori & exteriori. De poenitent. distinct. 1. c. quis aliquando. §. e contra. vers. est enim poenitentia. §. Exempla poenitentiae. De poenitent. distinct. 1. c. convertimini. §. unde post trinitatem. distinct. 3. c. totam. c. Achab. §. Quo jure sit introducta poenitentia. 37. q. 2. c. audi vimus. §. quia pro omnibus. §. Ad quem causae poenitentiales pertineant. c. accedentibus. 12. de excess. prelator. item 9. q. 2. c. placuit ut deinceps.

Poetae non legendi. dist. 37. c. idem prohibetur. in princ.

Pontifex. dist. 21. c. Cleros. §. Pontifex.

Possessio acquiritur ex consuetudine loci, qua modicum terrae loco rei tradendae datur, vel in extremitate pallii manu apprehendentis sustinetur. capit. ex literis. 2. de consuetudine. Per solutionem pensionis res, pro qua pensio solvitur, tradita censetur. capit. cum venisset. 9. de restitutione spoliator. §. Si vis fiat ei qui in possessionem nullus est, datur eo nomine actio: Nisi cum ob latrantem debitorem creditor in possessionem honorum eius nullus esset, debitor cautionem offerat. iudicio sisti & iudicatum solvi. cap. 1. de dolo & contumacia. Vel: Nisi nullo tale crimen obijciatur, quo probato possessione esset privandus: quod tamen reprobat. c. accedens. 23. de accusationibus. sine possessione praescriptio non procedit. c. sine possessione. 3. de reg. juris.

pro possessore habetur qui dolo desit possidere. c. pro possessore. 36. dist. iii. de regul. juris. Possessor male fidei ullo tempore non praescribit. cap. possessor. 2. de reg. juris, in 6.

Posterorum appellatione in poenis non continentur per feminas descendentes. c. ubique. 4. de poenis, in 6.

Postulatio fit irrita, si postulatus interdictum non servavit. c. 1. de postulat. §. Postulationis concessio fit ex gratia. cap. bona memoria. eod. tit. §. Postulatio, sicut electio, est examinanda. c. licet de translat. Episcop. §. Major parte indignum postulante, potestas eligendi ad minorem devolvitur. c. gratum gerimus. de postulat. prelat. §. Postulatio communi consensu facta, & superiori insinuata, amplius variari non potest. capit. bona memoria. eod. tit. §. Postulario vel electio non debet fieri per verba conditionalia vel alternativa. cap. 2. de elect. in 6. §. Postulati debent Praelati Ecclesiarum, non eligi. c. ult. de postulat. prelat. §. Postulatio non valet, quae absentibus jus eligendi habentibus contentis fit. c. bona memoria. eod. tit.

Præbendas duas non potest quis tenere ex dispensatione Archiepiscopi. c. literas. de concess. præb. §. Præbenda non promitti potest antequam vacet. capitul. 2. de concess. præbendar. §. Præbenda non integretur scissione alterius. capitul. cum causam, de præbend.

§ Præbendæ proventum quis habere potest, tunc Canonicus non sit. cap. quia nonnullis. de magist. §. Præbendarum multitudo à promotione repellit. cap. cum jam dudum. eod. tit. §. Præbenda carere non debet, qui in Canonicum receptus est. capit. majoribus. & capit. velatum. de præb. §. Præbendam vel beneficium dans, quam dare non potest, illa evicta, quam potest dare tenetur. c. inter cetera. eodem titulo. §. Præbendâ secundâ receptâ, prima vacat. c. literas. de concess. præbend. §. Præbenda ultra sex menses vacare non debet. capit. 2. eod. tit. §. De præbenda potest absens per alium investiri. capit. accedens. eodem titulo. §. Præbendarum proventus recipiunt studentes in Theologia per quinquennium. cap. fin. de magist. & cap. licet. de præbend. §. Præbenda alteri per Papam collata, præripitur Episcopo potestas conferendi illud beneficium. cap. 1. de concess. præbend. §. Præbendæ & beneficia vacantia in curia Romana, à die vacationis post mensem possunt conferri per eos, ad quos id oneris incumbit, vel absentibus eis, ab eorum generalibus vicariis. capit. statutum. de præbend. lib. 6. §. Ex præbenda una possunt duæ fieri. capit. vacante. de præbend. §. Si præbenda alicui ratione rescripti debeatur, & alteri conferatur, debet ille in Canonicum recipi & sustentari, donec beneficium vacet. capit. statutum. de præbend. lib. 6. §. Præbendarum collatio ad quem pertinet, cum Episcopus & Capitulum debito tempore non conferant. c. postulat. de concess. præbend. §. Præbendarum collatio ad Capitulum sede vacante non spectat. c. illa devotionis. ne sed. vac.

Præcentor. capit. Cleros. §. præcentor. distinct. 21.

Prædestinatio. 23. question. 4. cap. cum quisque. §. est & alia. cap. sicut non. c. obtineri. cap. Nabuchodonosor. capitul. vâs. item De poenitent. distinct. 2. cap. firmum. capit. nullus. c. talibus. c. sicut. §. fin. c. Apostolus. c. mirandum. cap. multi. cap. civis. cap. ult. in princip. usque ad §. charitas. item De poenitent. distinct. 4. cap. si ex bono. c. benedictus. cap. novis Deus. c. in domo. capit. hanc societatem.

Prædicans excommunicatis potest ab eis elemosynas & victum recipere. cap. cum voluntate. de sentent. excommunicationis. §. Prædicatorum fratum privilegium & Minorum. c. nimis. de excess. prelat. §. Prædicatores vesci possunt his quæ eis apponuntur. capit. quam sit laudabile. de Inde. §. Prædicationem facere debet Episcopus vel per se, vel per alios. capit. inter cetera. de offic. ordin. §. Prædicare non licet Laico, cujuscunque sit ordinis. capit. sicut uno. de hereticis. §. Prædicare non debent elemosynarum questores. c. cum ex eo. de poenis. & remiss.

Prælati esse non potest secularis, vel regulari non professus. capit. cum causam. de elect. §. Prælati non committant vices suas vel Ecclesias, sub annuo censu. capit. 1. ne prolix. vices suas. §. Prælati factum non præjudicat Ecclesie. cap. cum nostris. de concess. præbend. §. Prælati non

lati non onerent subditos exactionibus, vel pluribus equorum alimentis in visitatione. *capit. quia plerique de immunit. Eccles. & capit. cum Apostolus de censibus.* § Ad praelaturam se nemo presentare debet. *capit. per nostras de iure patr.* § Praelatus plus juris habet in concessione Ecclesiae, quam patronus in praesentatione. *capit. dilectus de offic. deleg.* § Praelatus est procurator rerum Ecclesiasticarum, non dominus. *c. fraternitatem de donat. & rerum Ecclesiasticarum conditionem meliorem facere potest, deteriori ne utiqueam. ibid.* § Praelati inferiorum privilegia diminueri possunt. *capit. ad petis de accusat.* § Praelati iudicium ferri candentis subire non debent, nec tali purgationi interesse, vel auctoritatem praestare. *capit. ex literis de excess. praelat.* § Praelatus tenetur subdito, ad austeriorem religionem migrare volenti, licentiam dare. *capit. licet quidam de regul.* § Praelati non debent interesse corporali punitioni alicujus. *d. cap. ex literis de excess. praelat.* § Praelaturam amittat, qui ad ordines promoveri non potest. *capit. ut Abbates de stat. & qualitat. ordin.*

Præpositus. *cap. quavis. 9. de verborum signific.*

in Præpositum non est ordinandus, nisi Presbyter vel Diaconus. *dist. 60. c. nullus.*

Præscriptio non valet absque bona fide & iusto titulo, maxime rerum Ecclesiasticarum. *capit. quoniam omne de præscript. & capit. vigilanti. cap. si diligenti. eod.* § Præscriptio quæ sine peccato servari non potest, non valet. *capit. veniens eodem titulo.* § Præscriptionem non inducit longa usurpatio. *capit. causam eodem titulo.* § Præscriptio nulla contra Ecclesiam currit, nisi quadraginta annorum, sola autem centenaria contra Romanam Ecclesiam. *capit. illud. capit. ad audientiam. & capit. de quarta. eodem titulo.* § Præscriptionem elidit interruptio. *eodem cap.* § Præscriptio non currit contra obedientiam. *capit. cum non liceat. eodem titulo.* § Præscriptio non currit contra Episcoporum constitutionem, & contra procurationem eis debitam. *capit. accedentes. & capit. cum ex officio. eodem titulo.* § Præscriptio non currit tempore schismatis. *capit. cum nobis. eodem titulo.* § Super præscriptione possunt testes produci. *capit. illud. eodem titulo.* § Laicus non potest decimas nec præscribere, nec detinere. *cap. causam. eodem titulo.* § Præscriptio omnem actionem excludit. *capit. ad aures. eodem titulo.* § Præscribere potest Abbas jus Episcopale. *capit. auditis. eodem titulo.* § Præscriptionem interumpit Synodalis proclamatio. *cap. sanctorum. eod. tit.* § Præscriptio non currit tempore hostilitatis. *c. ex transmissa. eod. tit.*

Præsumptio violenta evidentissimam probationem requirit. *cap. veniens. 3. in fine. de Presbytero non baptizato.* § Semel malus, semper præsumitur malus. *cap. semel. 8. de reg. juris. in 6.* § Ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia. *c. præsumitur. 47. de reg. juris.* § Qui contra jura mercatur, bo-

nam fidem non habere præsumitur. *cap. qui contra. 82. de reg. juris.* § Præsumitur quilibet bonus, nisi probetur contrarium, & quod nemo sit immemor suæ salutis. *cap. dudum. & capit. cum in iuramento. de præsumpt.* § Præsumptio quandoque purgationem inducit, & qualis. *capit. si quis de gradu. de purgat. canon.* § Ex præsumptione violenta potest quandoque sententia ferri, pro veritate enim habetur. *cap. literis. c. nullus dubitat. c. illud quoque. c. tertio loco. de præsumt.*

Precarii differentia & precariarum. *cap. ult. de precariis. ubi dicitur, quod precarium mutatâ voluntate concedentis, vel ejus cui concedens alienavit, revocari potest: precaria verò non item.* § Solvitur item precarium morte ejus qui precario rogavit. *dist. capit. ultim. vers. solvitur quoque.* § Solvi quoque videtur precarium morte concedentis. Sed hæc causa reprobatur. *d. c. ult. vers. non etiam concedentis.*

de Precariis Ecclesiasticis qualiter fieri debeant. *10. quest. 2. cap. precaria à nemine.* § De precariis quolibet quinquennio renovandis cavetur. *d. q. 2. c. precario de quinquennio. & capit. 1. de precariis.* Nisi ita factum sit precarium, ne unquam revocari possit. quod tamen reprobatur. *cap. de precariis. 2. d. tit. & d. quest. 2. capit. de precariis.*

Presbyteri & Presbyteræ. *dist. 21. c. Clerici. §. Presbyter. distinct. 32. c. ult. distinct. 84. c. ult.* § Presbyter non celebret vase ligneo, nec de pane fermentato, nec sine aqua & vino, & plus apponat de vino quam de aqua. *capit. literas. & capit. perniciosus. de celebr. miss.* § Presbyter in fraudem Ecclesiae nil de bonis ejus suo vel alieno nomine emere potest. *capit. Presbyter. & capit. inquirendum. de peccat. Cler.* § Presbyteris debet concedens beneficium dari. *capit. exirpanda. de prob.* § Presbyter Clericum secum habeat, nec sine eo celebret. *capit. ut quisque. de rit. & honest. Cleric.* § Presbyteri officium est prædicare. *capit. quod Dei timorem. de statu Monach.* § Presbyter duobus digitis amissis non celebret. *capit. Presbyter enim. de Cler. agror.* § Presbyter res Ecclesiae sine justa causa non pignori det. *capit. 1. de pign.* § Presbyterum interficientis poena. *cap. 2. de poenitent. & remissionib.* § Presbyter qui non jejuniis celebravit, beneficio privatur. *capit. si confiteris. de accus.*

Primas non appellandus est universalis. *distinct. 99. c. nullus.* § Primas non appellandus est Princeps Sacerdotum vel summus. *d. distinct. c. prima.* § Archiepiscopi primatibus obedientiam debent, & ab illis ad hos provocatur, non contra. *dist. 99. in princ. §. ab Archiepiscopis. & c. 1. vers. ad quos Episc.*

de Primicerii officio circa Acolytos, Exorcistas, Cantores atque Lectores & alia. *dist. 25. c. 1. §. ad primicerium. c. unico. de officio primicerii.*

Primitiarum origo. *capit. 1. ut verò de decimis.* § Primitiæ perinde ac decimæ Sacerdotibus sunt solvendæ. *di-*
Kkk

